













BARNABAE EPISTULA.

INTEGRAM GRAECE ITERUM EDIDIT,

VETEREM INTERPRETATIONEM LATINAM, COMMENTARIUM CRITICUM
ET ADNOTATIONES

ADDIDIT

ADOLPHUS HILGENFELD.

EDITIO ALTERA EMENDATA ET VALDE AUCTA.



LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.
MDCCCLXXVII.

VIRO REVERENDISSIMO

PHILOTHEO BRYENNIO

METROPOLITAE SERENSI

ORIENTALIS ECCLESIAE

SPLENDIDO LUMINI

GRATISSIMUS

EDITOR.

PROLEGOMENA.

Barnabae qui dicitur epistula ab antiquis Christianis magni aestumata, etiam inter sacras Novi Testamenti scripturas posita recentioribus quoque theologis digna visa est, quam diligenter investigarent. nobis primo Barnabae epistula edita et edenda, tum eius usus et auctoritas, denique origo et indoles considerandae sunt.

I. DE BARNABAE EPISTULA EDITA ET EDENDA.

Barnabae epistula recentioribus theologis, quamvis maxima ex parte graece conservata, primo non innotuit. nam in Polycarpi epistulae ad Philippenses graecis codicibus post c. 10 *δι' ἡμᾶς ὑπὸ* sine ullo discrimine statim sequuntur: *τὸν λαὸν τὸν κενὸν* (l. *καινὸν*) *ἑτοιμάζων κτλ.* (cf. Barnabae epi. c. 5 p. 12, 7 sq.). itaque Caesar Baronius a. 1586 in adnotationibus ad Romanum Martyrologium 26. Ianuarii scripsit: „Extat insignis epistola Polycarpi ad Philippenses, cuius meminit S. Hieronymus, quam piae memoriae vir doctissimus Franciscus Turrianus Societatis Iesu longe prolixiorem illa, quae habetur [latine] typis excusa, apud se esse graece scriptam, cum viveret testatus est. speramus eam una cum ceteris egregiis vetustatis monumentis, quae summo labore collegit, propediem esse edendam.“ sed Petrus Halloix, qui Polycarpi epistulam ad Philippenses primus graece edidit (in: Illustrium ecclesiae orientalis scriptorum — vitarum et documentorum Part. I. Duaci 1633 p. 525—530), iam animadvertit, illa quae post *δι' ἡμᾶς ὑπὸ* sequuntur non esse Polycarpi, sed Barnabae (l. l. p. 596): „Nam ex ipsius iam laudati Turriani apographo eam [Polycarpi epistulam] ante plurimos annos Romae descripsit noster Iacobus Sirmondus, atque illud ipsum exemplar tunc a se descriptum nuper ad me misit. ego cum altero exemplari Andreae Schotti collatum iam nunc in lucem emitto, nempe quantum quidem est germanum Polycarpi. nam exemplaris maiorem illam partem, quae esse S. Barnabae deprehensa est, tamquam quae huc non pertineat, missam facio. an vero aliqua exemplaria in Romanis bibliothecis sperari possent, quae hoc immani librariorum errore carerent, studiosissime mea caussa et Iacobi Sirmondi rogatu requisivit nostrum amborum amicissimus Ludovicus Oresollius iam tum Romae degens, qui rescripsit consulta ab se et inspecta fuisse exemplaria M. S. tum Vaticanae bibliothecae [cod. v.], tum etiam

ducis Altemps (quae antea fuerat Cardinalis Columnae) [cod. o] atque in utrisque idem se observasse, quod in P. Turriani apographo, ex quo olim epistolam descripserat ipse Sirmondus: nempe priorem partem esse Polycarpi, posteriorem longe maximam S. Barnabae. ex quo apparet in illis exemplaribus vitium hoc primitus fuisse. codicem enim Columnaeum antiquissimum esse affirmant."

1. DE BARNABAE EPISTULAE EDITIONIBUS.

Barnabae epistulam iam recognitam primus edere voluit Iacobus Usher, archiepiescopus Armachanus, Hiberniae primas, et primus edidisset, nisi editio nondum publicata a. 1643 incendio combusta esset. de hac editione Isaacus Voss a. 1646 in sua editione p. 307 narravit: „Aliquot iam sunt anni, quod hanc Barnabae Epistolam, quam ab incomparabili Salmasio acceperam, in lucem mittere decreveram. sed iter meum obstitit. dum vero Angliam lustro, alia sese obtulit occasio, qua scriptum illud, quod iam diu lucem merebatur, tandem aliquando divulgaretur. parabat tum novam Ignatii editionem Reverendissimus Hiberniae Primas Usserius Armachanus. illi itaque postulanti et offerenti, ut una cum Ignatianis haec quoque Barnabae excuderetur epistola, non tantum libenter id concessi, sed etiam magnopere gavisus sum, in illas manus incidisse antiquissimum illud monumentum, a quibus immensum quantum splendoris sibi mutuare posset. et nisi ingens isthoc incendium, quod non exiguam partem urbis Oxoniensis vastavit, omnia quoque exemplaria absumsisset, pulcherrimam eius auctoris editionem iam diu habuissemus." huius editionis principis reliquias paucas servavit Ioannes Fell in editione Oxoniensi a. 1685, cui praefatus est: „Haec [Barnabae epistula] postquam per plurima saecula in Bibliothecarum pluteis delituisset, Reverendissimi Usserii, Armachani Primatis, studio et auspiciis prelo in hoc loco subiiciebatur an. 1643. sed urbis Oxoniae parte magna gravi incendio correpta, Typographeum cum tota supellectile, schedis impressis et exemplari ipso conflagravit, ita ut ex clade ista nihil superesset praeter paginas nonnullas, quae penes correctorem, quantum coniicere datur, fuerunt; quaeque vir eruditissimus Eduardus Bernardus S. S. Theologiae Doctor et Astronomiae Professor Savilianus redemit mihique benigne communicavit." Usseri praemonitio magna saltem ex parte servata est, ex qua haec reddo: „Polycarpi ad Philippenses epistolam longe proliziorem illa quae habetur typis excusa apud se graece scriptam extitisse Baronio persuaserat Franciscus Turrianus, Societatis Iesu presbyter. sed exemplari illius diligentius inspecto, partem ipsius maximam ad epistolam, quae Barnabae Apostoli ferebatur olim nomine, pertinuisse deprehendit postea Iacobus Sirmondus, eiusdem societatis theologus. neque aliter habuisse vel Bibliothecae Vaticanae vel Cardinalis Columnaei codices, ostendit Petrus Halloixius, et ipse Iesuita. nempe in primo exemplari, ex quo Columnaeus ille codex (qui omnium putatur antiquissimus) et reliqui qui supersunt hodie sunt descripti, librariorum vitio quaternio vel omissus vel transpositus est: cuius defectu factum est, ut in graecis superstitibus et finem epistolae Polycarpi desideremus et principium Barnabae: nam longe antiquioribus temporibus non Ignatii solum literas huic Polycarpi epistolae (quod ex fine ipsius liquet) subiectas fuisse, sed simul cum eis et istam Barnabae, ex illo Hieronymi loco in libro III. adversus Pelagianos, blandiente coniectura, ut crederem, pene inductus sum: „Ignatius, vir apostolicus et martyr, scribit audacter: Elegit dominus apostolos, qui super omnes homines peccatores

erant" [cf. Barnabae epi. c. 5 p. 12, 11—13]. ut enim in posteriore Ignatianarum epistolarum collectione, cum reliquis praefixae fuissent Mariae Castabalitae nomine inscriptae litterae, eas etiam ipsius Ignatii adscripto titulo in Anton. Melissa productas fuisse animadvertimus: ita etiam in priore illa, cum inter Polycarpi et Ignatii eidem subiunctas epistolas etiam illa Barnabae interposita legeretur, non mirum, si *ἁμαρτήματι μνημονικῷ* consimili et eodem modo excusabili Ignatii nomine citaverit Hieronymus, quod proprie erat tribuendum Barnabae. — neque vero mirabitur, Ignatii nomine productum fuisse ab Hieronymo quod erat Barnabae, qui Barnabae etiam titulo a Clemente Alexandrino [Strom. VI, 8, 64 p. 773] laudatum animadverterit, quod Romano Clementi [epi. I, 48 p. 53, 8 sq.] fuerat adscribendum. — porro duas hasce imperfectas Polycarpi et Barnabae graecas epistolas, ex Andreae Schotti apographo sua manu descriptas vir clarissimus Claudius Salmasius cum antiqua Latina Barnabae versione ex vetere Corbeiensis Bibliothecae codice a Iohanne Cordesio exscripta Isaaco Vossio, celeberrimi illius Gerardi filio, summae spei iuveni tradidit: quam cum graeco Barnabae textu coniunctam additis etiam eruditis notis ad praelum ille apparavit. ut igitur in Sylloges huius initio Graecum Polycarpum, posteriore sui parte ex antiqua versione Latina suppletum exhibuimus: ita et ad eius finem Barnabam, priore sui parte ex alia vetere interpretatione similiter redintegratum (non sine humanissimi Vossii consensu) repraesentare visum fuit. ex cuius utriusque collectione mutua est deprehensum, non solum primam Epistolae partem in Exemplari Latino fuisse conservatam, quam defuisse diximus in Graeco, sed etiam postremam [c. XVIII—XXI] vice versa retentam fuisse in Graeco, quae aberat a Latino: atque in intermediis praeterea nonnulla habere Graecum, quae desunt in Latino, et Latinum rursus, quae non reperiuntur in Graeco." hanc igitur editionem principem paene totam interiisse dolemus. sed qualis fere fuerit, ex iis cognoscimus, quae Fellus c. I. IV. VI. VIII. notavit, et quae Usserius ipse in praemonitione disseruit. graeca e solo Schottiano apographo edidisse videtur. nam quae de Vaticano et Columnaeo codice retulit a Petro Halloix repetiit. illud vero apographon codici c cognatum fuisse, sed propriis vitiis non caruisse videtur. Usher contra omnes codices edidit c. 6 p. 17, 8 *γὰρ* pro *δέ*, p. 17, 13 cum solo codice c *ὑμῖν* pro *ἡμῖν*. c. 8 p. 20, 15 contra omnes codices *ἄνδρες ἁμαρτωλοί*, *οὐκέτι*. Usher ipse in praemonitione fassus est, se dedisse c. 18 p. 42, 12: *μεταλάβωμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν*, „ubi pro *μεταλάβωμεν* [vocabulo male descripto] alii *μεταβάλωμεν*, Patricius Iunius noster *μεταβῶμεν* [sic codices] coniicit." Latinae versionis apographon Cordesianum recte praebuit c. 1 p. 51, 2 vos (non: nos), c. 4 p. 54, 13. 14. ‚de qua scriptum est, sicut Daniel dicit', sed ibid. p. 54, 8. 9 ad arbitrium mutatum est: ‚oportet ergo non de instantibus multum scribere, quae non possint servare', ibid. p. 55, 17: ‚animum' pro: ‚inicum.'

Hugoni Menardo Gallo contigit esse tam felici, ut Barnabae epistulam primus ederet, vel potius Fr. Lucae Dacherio a. 1645 edendam relinqueret[1]). nam

1) *Ἡ φερομένη τοῦ ἁγίου Βαρνάβα ἀποστόλου ἐπιστολὴ καθολική.* Sancti Barnabae Apostoli (ut fertur) epistola catholica, ab antiquis olim Ecclesiae Patribus sub eiusdem nomine laudata et usurpata. hanc primum e tenebris eruit, notisque et observationibus illustravit R. P. domnus Hugo Menardus monachus Congregationis sancti Mauri in Gallia. opus posthumum. Paris. 1645. Barnabae epistola divisa est in duas partes, pars prior, quae latine servata est, post exordium (apud nos iam cap. I) in XII capita, pars altera, quae graece tantum exstat, post exordium (apud nos cap. XVIII) in capita III.

anno ineunte 1644 morte abreptus est. Dacherius praefatus est: „In Philastrii episcopi Brixiensis volumen manuscriptum e Corbeiensi Monasterio [C] cum incidisset aliquando [Menardus], ibidem proxime post epistolam Tertulliani de cibis Iudaicis, Barnabae nomine insignitam epistolam una cum Iacobi Apostoli epistola deprehendit, moxque in animum induxit eam, ut ex pulvere et squalore excuteret appositeque notis dilucidaret. at quia ex supra nominatis Patribus hac in Epistola Barnabam seu quemvis alium graece fuisse locutum haud dubie didicerat, haesit non parum implicatus: nec eiusmodi monumentum, sic imperfectum ac naevis scatens (ut illa, qua codex exscriptus est, aetas ferebat) in publicum ausus est inferre. verum suppetias tandem attulit doctissimus Sirmondus Societatis Iesu presbyter: is quippe de apographo graeco, quod Romae inter ms. et schedas R. P. Thurriani eruditione ac rerum multarum scientia clarissimi repererat, libentissime accommodavit Menardo. unde autem exscripserit apographum Thurrianus? res est nobis prorsus ignota. — mutilum est graecum; mutila versio Latina. Graecum quidem lacunis et hiatibus initio tantum epistolae deformatur. — versio autem caret parte postrema, cui accessionem nova interpretatione ex Graeco Romano attulit Menardus. — codicem unicum habuit, cum Graecum, tum Latinum, neque sanum ubique satis; ut poinde nunc cura, nunc coniectura illi fuerit adhibenda: quod tamen sic parce et prudenter fecit, ita ut in linea non facile litteram mutaret, sed ad marginem adnotaret.“ etiam Turriani apographon codici c cognatum fuisse cognoscimus. cum hoc codice Menardus edidit c. 5 p. 13, 8 *πηγὴν* pro *πληγήν*, c. 6 p. 15, 3 *βεβούλευται* (etiam codd. o* v), ib. p. 16, 2 *ὡς ἂν καὶ ἀναπλασσομένους αὐτὸς ἡμᾶς* (etiam b), ib. p. 17, 10 *τί* (etiam b) pro *τίς*, c. 7 p. 18, 11 *τὸν ἕτερον* (etiam b) pro *τὸ ἔντερον*. ib. p. 18, 17. om. *ὑπὲρ ἁμαρτιῶν* (om. etiam b*). c. 15 p. 38, 13 *ὁ θεὸς κύριος* (etiam b). Menardus fortasse apographo falsus contra omnes codices edidit c. 6 p. 14, 6 *καὶ ὡς* (pro *ὅς*) *ἐλπίσει*, c. 8 p. 21, 5 *εἰς* pro *ἐπ'*. Menardus etiam in latina interpretatione veteri nonnulla falsa edidit: c. 1 p. 1 51, 2: nos pro: vos: c. 16 p. 69, 20. 21 om.: ‚nunc et ipsi inimicorum ministri ab initio aedificant illud.‘ sed omnino bene meritus est.

Isaacus Voss iam a. 1646 Barnabae epistolam accuratius edidit [1]. vir cl. post illa, quae iam laudavi (p. VI.) pergit: „Non defuere tamen in Gallia viri docti, qui indignum putabant, scriptum hoc diutius in tenebris latitare. itaque nuper Claudius Menardus monachus Sancti Mauri novam nobis editionem adornavit. quin plurimum hoc nomine meritus sit de publico, nemo est qui inficias iverit. plus tamen meruisset, si contigisset illi plura videre exemplaria. cum enim tota illa editio ex uno promanarit codice: fieri aliter non potuit, quin inemendatissima prodiret. mihi licet non usque adeo fortuna faverit, ut quisquam invidere debeat: ea tamen contigit felicitas, ut tribus in hoc corrigendo usus sim MSS. primum mihi Florentiae suppeditavit Bibliotheca Medicea [cod. f.], altera duo Bibliotheca Vaticana [cod. v.] et Theatinorum, qui Romae agunt [cod. b vel eius archetypon]. illorum usum acceptum fero Lucae Holstenio, viro summo et nunquam non infra merita sua laudando. quid itaque

1) Ignatii martyris epistolae genuinae ex Bibliotheca Florentina. adduntur S. Ignatii epistolae, quales vulgo circumferuntur. ad haec S. Barnabae. Accessit universis Translatio vetus. edidit et notas addidit Isaacus Vossius. Amstel. 1646. editio secunda Londini 1680 (qua ego usus sum). ib. p. 207—254: *Ἡ καθολικὴ τοῦ Βαρνάβα ἐπιστολή*. Catholica Barnabae epistola. edidit et notas addidit Isaacus Vossius. editio secunda. Londini 1680. notae subsequuntur p. 307—318. Menardi capita servata sunt.

ope istorum trium codicum praestitum sit, videbit is, qui operae pretium duxerit editionem hanc cum altera, quam dixi, committere.“ Voss ad c. 5 p. 12, 7 sq. τὸν λαὸν τὸν κενὸν ἑτοιμάζων κτλ. notavit: „Hactenus omnia in Graeco desunt. quod ideo factum est, quoniam in autographo illo, unde exemplaria, quae extant, profluxere, unum et alterum forsan folium defuit, ita ut hoc modo principium huius et finis epistolae Polycarpi ad Philippenses perierint, quae semper in veteribus libris coniunguntur. male autem in editione Parisiensi verba quaedam hic praefigebantur, quae ad superiora, id est ad epistolam Polycarpi, quae in MSS. praecedit, pertinebant.“ sed etiam Vossium minus accurate, ne dicam obiter, Barnabae epistulam edidisse, Alb. Dressel (Patr. app. p. XII) pluries compertum habuit. equidem notavi, Vossium edidisse c. 5 p. 13, 14 cum codd. c (f?) o v et Men. ῥαπίσματα, sed in margine cum solo codice b: ἄλλ. ῥαπισμόν. c. 6 p. 16, 8 cum Men. ἐνδείξω, sed in marg. cum codd. ἄλλ. ἐπιδείξω. c. 7 p. 18, 17· 18 om. cum codd. b* c Men. ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. ib. p. 19, 3 ed. cum codd. et Men. τὴν, sed in marg. ἄλλ. τὸν (ex apographo Schottiano?). ib. p. 19, 5 cum Men. ῥαχιήλ, sed in marg. cum codd. b c o v: ἄλλ. ῥαχίλ. ib. p. 19, 13 cum Men. καὶ τοῦτον, sed in marg. cum codd. ἄλλ. ἐπ' αὐτόν. c. 9 p. 22, 4 cum codd. κύριος, sed in marg. cum codd. ἄλλ. ὁ θεός. ib. p. 22, 7 cum Men. πιστεύωμεν, sed in marg. cum codd. πιστεύσωμεν. ib. p. 23, 14 cum Men. σταυρός, sed in marg. cum codd. ἄλλ. ὁ σταυρός. c. 10 p. 26, 1 cum codd. et Men. οὐ μή, sed in marg. ἄλλ. ὅτι μὴ (ex apographo Schott.?). ib. p. 28, 6 cum codd. c f o v et Men. ἅγιον, sed in marg. cum solo codice b (quamquam ibi iam oblitteratum est) ἄλλ. ἄλλον. c. 11 p. 30, 5 cum Men. ἀπορρυηθήσεται, sed in marg. cum codd. ἄλλ. ἀπορρυήσεται. ib. p. 30, 15 cum codd. et Men. Ἰησοῦν, sed in marg. ἄλλ. υἱόν (ex apographo Schott.?). ib. p. 30, 17 cum codd. b c et Men. καλουμένων, sed in marg. cum ceteris codd. ἄλλ. λαλουμένων. c. 12 p. 32, 11 cum codd. b* c et Men. ὑπέρ, sed in marg. cum ceteris codd. περί. p. 34, 4 cum codd. ἕως, sed in marg. ἵνα (ex apogr. Schott.?). c. 14 p. 38, 2 cum codd. κυρίου, sed in marg. cum Men. ἄλλ. κυρίῳ. c. 15 p. 38, 18 cum codd. b c Lat. et Men. ὁ θεὸς κύριος (quamvis uncis inclusis vocc. ὁ θεὸς), sed in marg.: „non est in MS.“ (unde cognoscimus, Vossium codd. b c non accurate nosse). ib. p. 39, 6 cum codd. b c f o v δίκαια, sed in marg. cum Men. ἄλλ. δικαίαν. c. 19 p. 44, 7 cum codd. b (marg.) o v οὐ διψυχήσῃς, sed in marg. cum codd. b (text.) c et Men. ἄλλ. διψήσῃς. Isaacus Voss igitur praeter illud Schottianum apographon iam tribus codicibus quodam modo usus est: duobus Romanis v et b (sive ipso sive eius archetypo), uno Florentino (f). sed quomodo usus sit, non perspicitur. in latina interpretatione etiam Voss omisit c. 16 p. 69, 20. 21: ‚nunc et ipsi inimicorum ministri ab initio aedificant illud.‘

Germanis Ioach. Ioh. Mader Barnabae epistulam secundum Menardum et Vossium a. 1655 edidit[1]). rem ipsam a. 1672 promovit Ioan. Bapt. Cotelier[2]), quam clarissimam, nunc rarissimam editionem repetiit Ioannes Clericus Antverpiae 1698 (hac editione usus sum) et Amstelaed. 1724. apud Cotelerium iam ea capita inveni, quae in recentioribus editionibus traduntur. Cotelerius e prioribus editionibus textum constituit, quem sequentes editores repetere solebant. optime meruit, quum Menardi et Vossi notis suas addiderit

1) Ἡ φερομένη τοῦ ἁγίου Βαρνάβα ἀποστόλου ἐπιστολὴ καθολική. S. Barnabae Apostoli (ut fertur) Epistola Catholica. Helmestadi 1855.

2) S. Patrum, qui temporibus Apostolorum floruerunt opera ed. I. B. Cotelerius, societatis Sorbonicae theologus, Paris. 1672.

magna doctrina insignes. etiam Ioannes Fell rem a. 1685 promovit[1]). idem Usserianae editionis reliquias servavit. ceterum iam codicis f apographon a Rullaeo accepit. haec igitur omnia Ioan. Clericus in utraque editione cum Ioannis Davisii suisque ipsius observationibus collegit. etiam Ric. Russel a. 1748 Barnabae epistulam edidit[2]). Cotelerium secutus omnia fere a. 1765 comprehendit Andreas Gallandi[3]). Cotelerium secuti etiam Car. Ios. Hefele[4]) et Fr. X. Reithmayr[5]) Barnabae epistulam ediderunt. alios editores omitto praeter Edu. de Muralto[6]), qui codicis Corbeiensis, nunc Petropolitani nonnullas lectiones notis suis inseruit.

Albertus Rud. Max. Dressel[7]) textum vulgatum quodam modo absolvit. huic enim viro doctissimo debemus quatuor codicum Romanorum, passim etiam Florentini notitiam. sunt autem hi codices: 1) codex b, cuius vestigia, quamvis fortasse Schottiano apographo intercedente, apud Vossium animadvertimus, 2) codex c, fortasse iam a Francisco Turriano descriptus, 3) codex f, qui iam Isaaco Voss quodam modo innotuit, a Dresselio et amicis in omnibus locis, qui alicuius momenti videbantur, iterum iterumque inspectus, 4) codex o, quem iam Halloix tamquam omnium optimum memoravit, 5) codex v, quem et ipsum iam Halloix memoravit, Voss quodam modo adhibuit. omnes hi codices Polycarpi epistulam cum Barnabea confundentes ab initio manci sunt et ex uno fonte fluxérunt. ceterum Dressel, quamvis bene meritus, veterem latinam interpretationem, quam ne edidit quidem, parum aestumavit neque omnibus, quae iam prius nota auxilia docebant, usus est.

altera textus formatione, quam Latinus interpres servavit, editores omnino parum usi erant, quamquam iam Cotelier iudicaverat: „Suum tamen illi versioni pretium, cui debemus priora capita cum non paucis emendationibus graeci contextus, ut nihil dicam de antiquitate illius ac simplicitate.“

iam tertia textus formatio accessit edito Sinaitico Bibliorum codice, qui etiam integram Barnabae epistulam graece praebuit[8]). mirum non est, quod codex Sinaiticus, cuius laudes Tischendorf cumulavit, plerisque viris doctis statim optimus summaque fide dignus videbatur. nova enim quaeque arrident.

1) Sancti Barnabae Apostoli Epistola Catholica. Accessit S. Hermae Viri apostolici Pastor. Oxon. 1685. etiam Felli adnotationes magna doctrina ornatae sunt.

2) Patrum apostolicorum, Barnabae etc. opera. Lond. 1746.

3) Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum. cura et studio Andreae Gallandii Presbyteri Congregationis Oratorii. Tom. I. Venetiis 1765, p. 111—141.

4) Patrum apostolicorum opera. ed. I. Tubingae 1839, ed. II. ibid. 1842, ed. III. ib. 1847, ed. IV. ib. 1855.

5) Patrum apostolicorum epistolae. Monach. 1844.

6) Codicis N. Ti. deuterocanonici sive Patrum apostolicorum fasc. I. Turici 1847.

7) Patrum apostolicorum opera. textum ad fidem codicum et graecorum et latinorum, ineditorum copia insignium, adhibitis praestantissimis editionibus, recensuit atque emendavit, notis illustravit, versione latina, passim correcta, prolegomenis, indicibus instruxit Alb. Rud. Max. Dressel etc. ed. I. Lips. 1857. ed. II. ib. 1863.

8) Bibliorum codex Sinaiticus Petropolitanus — ed. Const. Tischendorf T. I—IV. Petropoli 1862. Novum Testamentum Sinaiticum cum epistola Barnabae et fragmentis Pastoris ex codice Sinaitico — accurate descripsit Aenotheus Fridericus Constantinus Tischendorf, Lips. 1863. in altera Patrum apostolicorum editione Dresseliana Tischendorf quidquid in eadem differt a scriptura graeca codicis Sinaitici notavit, sed non omnia accurate.

Carolus Weizsäcker Tubingensis de hac epistula scripsit commentationem[1]), codicem Sinaiticum ubique fere secutus. sed iam Gustavus Volkmar a. 1864 illas laudes deminuit in graeca Barnabae epistulae capp. I—V editione[2]). vir clarissimus monuit, codicem Sinaiticum ex ceteris testibus tam corrigendum quam supplendum esse, „etsi interpres Latinus hac quidem ep. a vetere S. scr. interprete Italo prorsus alienus nimia fere libertate utitur, multa abbrevians, omittens, proprio Marte explicans, tamen graeca ea, quam secutus est recensio (quam L signabimus), etiam inde a cap. V. med. nunc multo accuratius, quam solitum fuit, conferatur oportet, quum interdum servaverit textum integrum et Sinaiticum tam castiget quam confirmet. accedunt ea, quae Clem. Al. ad verba expressit. denique ipse cod. vetustissimus per hanc N. T. Epistolam binis manibus correctus est, quarum prior ipsius librarii erat et ubique vera reposuit, etiamsi non omnia tetigit menda, altera vero manus, saec. VII—VIII, uti videtur (quam S II. signabimus), singularem quandam recensionem secuta, minime omnibus numeris comprobatur.“

equidem iam ante quam Volkmari editio capp. I—V ad me pervenit, Barnabae epistulam restituere conatus sum et illius graeci textus, quem vetus interpres latine vertit, praestantiam etiam magis aestumavi. iam antea ex iis, quae ad finem libri Estherae (et Esdrae) adnotata sunt, codicem Sinaiticum non Eusebii, ut Tischendorf opinatus est, sed Iustiniani I. imperatoris fere aetate scriptum esse cognoveram[3]). neque Tischendorf mea argumenta refellit[4]). itaque Barnabae epistulam hac fere ratione integram primus edidi[5]). cavi, ne Sinaitico codici, quamvis egregio, nimium confiderem. saepissime scriptura Sinaitica e veteri interprete corrigenda videbatur. quam ob rem hanc veterem versionem latinam e Gallandi editione integram addidi[6]). in Sinaitico codice primam manum (S*) et correctorem C (S**), quem Tischendorf septimo fere saeculo scripsisse censuit, ego codicem a monachis Sinaiticis paulo post a. 530 conscriptum saepe optime correxisse censeo, accurate notavi. huius et ceterorum codicum menda quidem, quae ex itacismo et aperto calami lapsu orta sunt, ν ἐφελκυστικὸν omissum aut additum et quae huius modi sunt, in ipsa editione omisi, sed codicis Sinaitici saltem proprietates in calce addidi. semper **Μωϋσῆς** scripsi, quamvis cod. Sin. saepe *μωσης* praebeat, etiam *Δαυίδ* scripsi, non *Δαβίδ*. scriptores ecclesiasticos, qui hanc epistulam laudant, in notis addidi. quae de rebus ipsis post librum meum de patribus apostolicis conscriptum

1) Zur Kritik des Barnabasbriefes aus dem Codex Sinaiticus. Tubing. 1863.

2) Monumentum vetustatis christianae ineditum ex recensione Gustavi Volkmari, Turici 1864.

3) cf. quae disserui in: Zeitschrift f. wiss. Theol. 1864. I. p. 74 sq. II. p. 211 sq. 1865. I p. 108 sq. iudicium meum in universum probaverunt ephemerides Londinenses: Theological Review, Mai 1864, p. 214 sq. etiam Otto Fridolinus Fritzsche (Libri apocryphi V. T. graece, Lips. 1871, p. XI) codicem Sinaiticum non tanta, quanta Tischendorf voluit, antiquitate esse existimavit. Volkmar quidem (l. l. p. 3) codicem Sinaiticum tam ex aetate quam ex coetu Athanasii profectum esse censuit.

4) cf. librum meum: Einleitung in d. N. T., Lips. 1875 p. 790 sq. etiam Guil. Wittenbach (Anleitung zur griech. Paläographie, Lips. 1867, p. 9 sq.) Tischendorfi sententiam repetiit potius quam confirmavit.

5) Novum Testamentum extra canonem receptum. fasc. II. Barnabae epistula. integram graece primum edidit, veterem interpretationem latinam, commentarium criticum et adnotationes addidit Adolphus Hilgenfeld. Lips. 1866.

6) iam in primo huius operis fasciculo ed. I. p. XI (ed. II. p. IX) a Francisco Overbeck admonitus errorem aliquem hac in re confessus sum.

(Hal. 1853) notanda habui, in adnotationibus sequentibus adieci. in maxima editionis parte collegae carissimi Mauricii Schmidt philologi clarissimi consiliis adiutus sum.

post me Barnabae epistulam edidit I. G. Mueller Basileensis [1]), de interpretanda epistula magis meritus quam de edenda. non vitupero, quod Sinaiticum codicem magis secutus est quam ego. sed in accentibus ponendis saepissime peccavit et in ipso textu plurima omisit vel mendose edidit [2]).

Latinam interpretationem veterem ego ex ipso codice Corbeiensi, nunc Petropolitano, quem vir doctissimus Bonnell Petropolitanus denuo contulit, accuratius edidi [3]).

Barnabae epistulam graece et latine ediderunt Oscar de Gebhardt et Adolphus Harnack [4]). textum Gebhardt edidit, Harnack commentario illustravit. ille (p. XIV) non negavit, Sinaitico codici vitia haud pauca inesse, quae corrector C° (S**) iam sustulerit. „errata autem satis multa ex itacismo maximam partem profecta, locosque nonnullos corruptos etiam nunc emendandos reliquit. nihilominus plerumque genuinas lectiones a Sinaitico servatas esse persuasum habemus, ita ut paucis tantum locis acephalum illum codicem, de quo iam exponendum, secuti simus, idque ibi potissimum, ubi cum vetere interprete Latino facit vel Clementem Alexandrinum testem habet.“ Latinam interpretationem O. de Gebhardt ex ipso codice denuo collato accuratissime edidit [5]),

1) Erklärung des Barnabasbriefes. Ein Anhang zu De Wette's exegetischem Handbuch zum N. T. Lips. 1869.

2) I. G. Mueller c. 2 p. 5, 10 om. *προσέχοντες*, quod voc. ipse agnovit (p. 72). ib. p. 6, 4 om. *οὔτε ὁλοκαυτωμάτων*, quae ipse (p. 74) addidit. c. 4 p. 11, 8 om. *μήποτε*. c. 5 p. 11, 17 ed. *τὰ μὲν* pro *καὶ τὰ*. ib. p. 12, 8 om. *ὧν* (sed cf. p. 141). ib. p. 12, 11. 12 *ἐξελέξατο* positum est ante *τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ*. ib. p. 13, 3 ed. contra omnes testes *πῶς γὰρ ἐσώθησαν*. ib. p. 13, 4 *ἀντοφθαλμεῖν* pro *ἀντοφθαλμῆσαι*. c. 6 p. 15, 8 om. *γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι*, quae p. 165 restituuntur. ib. p. 16, 1 om. *ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν*, quae p. 169 agnosci videntur. c. 9 p. 22, 7 ed. *τὸν* ante *λόγον*, ib. p. 23, 11 om. *τὴν* ante *χάριν*, sed p. 233 agnoscitur. c. 10 p. 24, 6 ed. *ἔλαβεν τρία δόγματα ἐν τῇ συνέσει* pro *τρία ἔλαβεν ἐν τῇ συνέσει* [l. *συνειδήσει*] *δόγματα*. ib. p. 24, 8 ed. *δόγματα* pro *δικαιώματα* (sed cf. p. 237). ib. p. 26, 1 ed. *σμύρναιαν* pro *σμύραιναν* (cf. p. 242). ib. p. 26, 3 ed. *κεκριμμένοι* pro *κεκριμένοι* (etiam p. 243). ib. p. 26, 10. 11 om. *παρ ἐνιαυτὸν*. ib. p. 27, 10 om. *τὰ* ante *πετεινά*. c. 11 p. 30, 1 om. *καὶ* ante *ὁδος* (p. 265 agnoscitur). ib. p. 30, 11 om. *ἐκ δεξιῶν* (quae p. 269 agnoscuntur). c. 12 p. 31, 10 om. *πάντων*. ib. p. 33, 10 om. *ἐκ ῥιζῶν* (quae p. 284 agnoscuntur. c. 13 p. 34, 14 om. *δύο λαοὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ σου* (cf. p. 289). ib. p. 35, 13 om. *δὲ* (etiam p. 292). c. 14 p. 37, 13 ed. *γνώσεσθε*, sed p. 300 agnoscitur *γινώσκετε*. ib. p. 38, 1 om. *τοὺς* ante *συντετριμένους*. c. 15 p. 38, 8 ed. *τὸ δὲ* pro *τὸ* (etiam p. 304). c. 16 p. 40, 17 dedit *τοῦ* ante *κυρίου* (etiam p. 329). c. 18 p. 43, 2 om. *τοῦ θεοῦ* (etiam p. 34). c. 19 p. 45, 1 om. *σου* post *ψυχήν*. ib. p. 45, 9 dedit *τοῖς* ante *κυρίοις*. ib. p. 46, 9 om. *σου*. etiam alia correxit Chr. Ioan. Riggenbach: Der sogenannte Brief des Barnabas. I. Uebersetzung. II. Bemerkungen. Ein Beitrag zum Verständniss des Briefes. Basel 1873.

3) Der Brief des Barnabas in altlateinischer Uebersetzung, in: Zeitschrift f. wiss. Theologie 1871. II. p. 262—290.

4) Patrum apostolicorum opera textum ad fidem codicum et graecorum et latinorum adhibitis praestantissimis editionibus recensuerunt commentario exegetico et historico illustraverunt apparatu critico versione latina passim correcta prolegomenis indicibus instruxerunt Oscar de Gebhardt Adolfus Harnack Theodorus Zahn editio post Dresselianam alteram tertia. Fascic. I. Barnabae epistula graece et latine Clementis Romani epistulae recensuerunt atque illustraverunt — Oscar de Gebhardt Estonus Adolfus Harnack Livonus. Lips. 1875.

5) „Adnotare omisimus litteram *h* vocalibus saepe praemissam (c. c. 1 p.

sed parum aestumavit (p. XV): „In opere suo conficiendo liberrime interpres versatus est, alia eaque permulta omnino omittens, itaque rarissime in textu recensendo Graecis testibus desertis solam interpretis Latini auctoritatem secuti sumus.“ Sinaiticam vero lectionem vir doctissimus ita secutus est, ut c. 3 p. 7, 10 ediderit: *πᾶν σύνδεσμον*, c. 7 p. 19, 15 *τὸν τράγον τὸν τύπον*, c. 9 p. 23, 1 *καρδίας* etc. ceterum in hac editione omni laude digna c. 8 p. 20, 15 contra omnes testes praeter Usserium *ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ* legimus.

tres igitur iam Barnabei textus formationes innotuerunt: vulgata, quae illis codicibus *ἀκεφάλοις* repraesentatur, Latina (ut ita dicam), quam vetus interpres reddidit, Sinaitica. vulgatae recensionis nondum omnes codices in hac epistula collati sunt. sed vix opus erat. nam praeter Latinam et Sinaiticam iam quarta textus formatio accessit. Philotheus Bryennius, metropolita Serensis, in clarissima Clementis Romani epistularum editione (Constantinopoli 1875) codicem Hierosolymitanum, a. 1056 conscriptum, etiam *Βαρνάβα ἐπιστολὴν* (p. 33—51[b]) continere retulit et eandem se mox editurum esse promisit (*σελ. ή*, not. 2). vir egregius orientalibus turbis impeditus esse videtur, quominus promisso staret. itaque a. d. x. Kal. Oct. a. 1876 mihi misit codicis I accuratam collationem scribens: *Ὄναιο τούτου ἐρρωμένως κατ᾽ ἄμφω τὸν ἄνθρωπον καὶ εὐδαίμων διατελῶν, φίλων μοι λογιώτατε καὶ ποθεινότατε.* insignem honorem mihi delatum, ut codice Hierosolymitano in edenda Barnabae epistula primus uterer, recusare nolui.

2. DE BARNABAE EPISTULA DENUO EDENDA.

Barnabae epistulae nonnulla retulerunt scriptores ecclesiastici, in primis Clemens Alexandrinus. quibus antiquissimis testimoniis etiam in hac altera editione textum constituens usus sum.

Barnabae epistulae plurima, quamvis multis omissis, nonnullis etiam additis, reddidit latinus interpres (L). in textu restituendo minime contemnendus. vetus latina interpretatio unico codice Corbeiensi (C) servata est, e quo iam Hugo Menardus (1645) eam edidit (v. s. p. VII sq.). eundem codicem Petrus Sabatier (Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquissimae seu vetus Italica, Tom. II. part. III. Paris, 1751. p. 934) Parisiis in Bibliotheca Sancti Germani no. 625 conservari retulit. v. cl. Hermannus Zotenberg Parisiensis mihi quaerenti rescripsit: in catalogo anno fere 1740 composito illum codicem numero 717 signatum esse, sed paulo post adnotatum esse: deest. codex a Dubrowskio Petropolim perlatus est. viri doctissimi Bonnell, qui a. 1871 codicem mihi petenti accuratius contulit, et O. de Gebhardt (Patr. app. I p. XV sq.), qui etiam accuratius codicem contulit, haec fere retulerunt:

Codex olim Corbeiensis, tum Parisiensis (cf. Montfaucon Bibliotheca Bibliothecarum II. p. 1134), nunc Petropoli in Bibliotheca Caesarea publica conservatur, iam in duo volumina divisus. nam codex Lat. Q. v. I. no. 38 continet, librum ‚Filastri episcopi de heresibus‘ (fol. 1—69). codex vero Lat. Q. v. I. no. 39 continet 1) librum (Pseudo-)Tertulliani de cibis iudaicis (fol. 70—77) 2)

51, 3 habundantiam pro abundantiam), item *e* pro *ae* positum (saepissime), *c* cum *t* (e. c. c. 2 p. 52, 11 pacientia, c. 3 p. 53, 17 commertiorum), *d* cum *t* (quit iilut), confusum, ceterum codicis scripturam, quoad fieri poterat, servavimus.“ Gebh.

Epistolam Barnabae (fol. 77—89), ubi in margine notata sunt: „Hanc in lucem emisit Hugo Menardus“, 3) Epistolam Iacobi (fol. 89—93). folium 93 aversum scripta praebet: „Amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis“ (Ioan. XVI, 23). O. de Gebhardt codicem descripsit: „Membraneus est, foliorum 24 formae quadratae maioris. lineae in quaque pagina 21 stilo ductae sunt. — omnia autem in utroque volumine ab una eademque manu, saeculo IX. haud inferiore, fortasse antiquiore, exarata sunt, nisi quod hic illic correctiones comparent, quae alii manui paullo recentiori tribuendae videntur.“

de hac versione latina O. de Gebhardt (l. l. p. XVI) scripsit: „In opere suo conficiendo liberrime interpres versatus est, alia eaque permulta omnino omittens, alia ad libidinem mutans, ita ut codicis graeci ab eo adhibiti, haud spernendi quidem illius, nonnisi imperfectam assequi possis imaginem. itaque rarissime in textu recensendo graecis testibus desertis solam interpretis latini auctoritatem secuti sumus.“ sed quamvis plurimis omissis, latinus interpres Barnabae epistulam non inepte reddidit et nonnunquam etiam genuina conservavit, in graecis codicibus depravata. latinam lectionem O. de Gebhardt ipse recepit c. 4 p. 8, 10. nonnunquam latinus interpres Hierosolymitano codice confirmatur: c. 1 p. 3, 9 *τῆς πηγῆς*. c. 2 p. 6, 6 *κριῶν*. c. 3 p. 7, 8 *ἐνδύσησθε*. p. 8, 6 *προσήλυτοι*. c. 4 p. 10, 1 *τῆς θαλάσσης*. p. 10, 5 *τῆς ζωῆς ἡμῶν*. c. 5 p. 11, 12 *ἐν τῷ ῥαντίσματι αὐτοῦ τοῦ αἵματος*. p. 12, 10 *οὐχ ὅτι κτλ.* c 6 p. 15, 14 sententiarum divisione. c. 12 p. 31, 8 *καὶ υἱὸν οὐ λέγει*. c. 16 p. 40, 8. 9 *καὶ αὐτοὶ οἱ κτλ.* c. 17 p. 42, 8 sq., ubi etiam codex I non praebet additamenta S** et G. Latinus interpres c. 7 p. 19, 8. 13. c. 11 p. 28, 14 etiam codices I S correxit. ceterum latinam interpretationem ipsam iam additamentis auctam esse, docet c. 3 p. 53, 16. 17 duplex versio Ies. LVIII, 6.

Graecus textus primo *ἀκέφαλος* innotuit. septem codices, ex una eademque radice, quam O. de Gebhardt signavit G, orti, epistulae initium (c. 1—5 p. 12, 7 *αὐτὸς ἑαυτῷ*) eodem modo omiserunt. ex una radice duo vel tres surculi progerminaverunt.

primus graeci textus vulgaris surculus repraesentatur duobus codicibus.

1) cod. v descriptus est a Dresselio l. l. p. XVI: „Codex Vaticanus 859, membraneus, foliorum quaternariorum mai. 288, saec. XI. graeca ac docta manu scriptus. — in fol. 151—195 Ignatii leguntur Epistolae prolixiores hoc ordine: ad Trallianos (deest initium), Magnesios, Tarsenses, Philippenses, Philadelphenses, Smyrnaeos, Polycarpum, Antiochenos, Heronem, Ephesios, Romanos. sequitur ‚Ep. Polycarpi ad Philippenses‘ (fol. 195—198), quacum ea coniunctim (198—211) extat quae ‚Barnabae‘ nomine circumfertur. codex est optimae notae, scribendi quidem ratio nostrorum graecorum, idcirco ob itacismum vocales ac diphthongos haud raro permutans. inscriptiones rubrae. Nierses ille Ghelazensis, qui eum olim possidebat, in calce Epistolae Barnabae notulam sermone Armeniaco adscripsit. qui cum anno 1173 obierit, facile apparet Angelum Maium cum Iacobsono (Patres Apost. ed. pr. p. V [ed. IV. p. VII sq.]) codicem ‚saeculo forsitan XIII‘ assignaret, in hoc quoque errasse.“ ex hoc codice Lucam Holstenium, quum codicem b scribebat, nonnulla hausisse, Dressel (l. l. p. LX) retulit. eundem codicem iam memoraverunt Petrus Halloix (cf. supra p. V), Iacobus Usher (cf. supra p. VI), Isaacus Voss (cf. supra p. VIII). lectiones accurate retulit Dressel.

2) codex o a Dresselio l. l. descriptus est: „Cod. Ottobonianus 348, chartaceus, foliorum quaternariorum min., ineuntis saeculi XIV. in secundo folio: ‚Ignatii et Polycarpi martyrum beatorum Epistolae graecae.‘ ‚Ex codicibus Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps.‘ insunt autem (fol. 2—63) XI Ignatii Epp.

recensionis longioris, prima ad Trallianos acephala, ut in Vat., eodemque ac illinc ordine. subsequitur (fol. 63—84) ‚Policarpi ad Philippenses' Ep., quam fragmentum Ep. ‚Barnabae' absque distinctione excipit. compendiis scriptus est haud raro ambiguis. adsunt in margine scholia, adnotationes, correctiones ac coniecturae haud contemnendae. tituli rubri. ex uno fonte cum Vaticano fluxisse videtur" [fortasse huius apographon]. Th. Zahn (Patr. app. II. p. XXII): „Passim iste codex in margine ab homine docto emendatus est, qui non modo innumera scripturae vitia, Ottoboniano cum Vaticano communia e meliore rerum grammaticarum scientia correxit, verum etiam coniecturas proposuit et lectiones ex alio codice desumptas adscripsit et scriptores, qui Ignatium laudarunt vel similia scripserunt, citavit." hic igitur codex etiam Oscaro de Gebhardt (l. l. p. XV, not. 2) idem fuisse videtur cum eo, quem Petrus Halloix et Iacobus Usher, ‚Cardinalis Columnaei' appellaverunt (cf. supra p. V. VI.). „saeculo enim XVI. exeunte Ascanius Colonna Cardinalis bibliothecae nunc Ottobonianae possessionem nactus est (cf. Frid. Blume, Iter Italicum III. p. 68)." adstipulatus est Th. Zahn l. l. p. XLIII. idem vir doctissimus l. l. p. XXXIII hanc sententiam tulit: „Singularis autem Ottoboniano cum Vaticano ratio intercedit, ut recentior ille ex hoc vetustiore descriptus esse videatur. prima enim manus Ottoboniani codicis minimis in rebus cum Vaticano contra reliquos omnes consentit." hunc codicem tamquam omnium optimum memoraverunt Petrus Halloix et Iacobus Usher, accurate contulit Dressel.

secundus illius radicis surculus repraesentatur

3) codice f vel Florentino, quem Dressel l. l. p. LXII descripsit: „Cod. Mediceus (Plut. VII. num. 21) chartaceus, saec. XV. in 4° min. insunt [cf. Bandini Catal. codd. gr. Bibliothecae Laurentianae Tom. I. p. 269] ‚Divi Ignatii Epistolae interpolatae XI, Polycarpi una, et Hippolyti de consummatione mundi, et Antichristo, et de secundo adventu D. N. Iesu Christi oratio.' cum Ep. Polycarpi coniuncta extat ‚Barnabae Epistola,' quod Bandinium effugit. hunc quoque codicem ego et amici pro me in omnibus locis, qui alicuius momenti videbantur, post alios iterum iterumque inspeximus." hoc codice iam Isaacum Voss quodam modo usum esse, O. de Gebhardt (l. l. p. XVI, not. 4) dubitavit, sed vix dubitandum est.

primo vel secundo communis radicis surculo cognatus esse videtur

4) codex p, vel Parisiensis, de quo Guil. Iacobson (Patr. app. ed. IV. p. VIII) inter Polycarpi epistulae codices haec retulit: „Cod. 937 Bibl. Reg. Paris. (olim Colbertin.) forma 4, chartaceus, saeculo XVI exaratus dicitur." de eodem codice Th. Zahn l. l. p. XLIV, not. 2: „Catal. codd. mss. bibl. regiae Paris. 1740. II, 183. Epistulam Polycarpi antecedunt Ignatianae, eadem atque in codd. Vaticano, Ottoboniano, Florentino ratione ab initio mutilae, quas nemo adhuc contulit." solum Polycarpi textum ex hoc codice reddidit Guil. Iacobson. itaque Th. Zahn eum codicibus f o v cognatum esse cognovit.

tertius graeci vulgaris textus surculus, ex quo editiones priores prodierunt, repraesentatur duobus vel tribus codicibus.

5) codex b vel manuscriptum Barberinum 7, quod Romae conservatur. Dressel. l. l. p. LX haec retulit: „Secundo folio Lucas Holstenius [mortuus anno 1661] inscripsit:

‚S. Polycarpi Episcopi et Martyris Epistola ad Philippenses.'

‚S. Barnabae Apostoli ἀκέφαλος. Ex. Msto. bibliothecae S. Silvestri in Quirinali collata cum Msto. vetustiore Vatic. bibl.'

utriusque Ep. apographum Holstenii est. textus autem ex optimo fonte provenit. codex ipse monasterii S. Silvestri in Quirinali non superstes est, neque

ille PP. Theatinorum, quem contulit I. Vossius. Ms. Vaticanum ab Holstenio allegatum* est noster cod. Vat. 859 [v], passim tantummodo ab eo inspectus.“ O. de Gebhardt (l. l. p. XVI not. 4) cognovit, codicem „Theatinorum, qui Romae agunt,“ quem I. Voss memoravit (cf. supra p. VII), eundem esse illum ‚Bibliothecae S. Silvestri‘, unde Lucas Holstenius in manuscripto Barberino (cod. b) descripsit Polycarpi epistolam ad Philippenses et Barnabae *ἀκέφαλον*. „Codex enim ille S. Silvestri, cuius apographon [b] cum exemplo Vaticano [v] Holstenius contulit, idem est, nisi me omnia fallunt, quem Vossius ‚bibliothecae Theatinorum‘ nuncupat. nam ecclesia S. Silvestri in Quirinali fratrum Theatinorum erat (cf. P. M. Felini, Trattato nuovo della cose maravigliose dell' alma citta di Roma. Romae 1615). p. 183.“ ad c. 12 p. 31, 1 post *συντελεσθήσεται* plurima addita sunt, quae Holstenius uncinis inclusit. initium solum huius additamenti editum est, quod, consulto viro cl. Alfr. de Gutschmidt, cognatum esse cognovi illi Methodii Patarensis episcopi libello *περὶ τῶν ἀπὸ συστάσεως κόσμου συμβάντων καὶ τῶν μελλόντων συμβαίνειν εἰς τὸ ἑξῆς* (in: Monument. S. Patrum orthodoxograph. Vol. I. Basil. 1569. fol. 93 sq.). ibi enim legitur: *Σὴμ δὲ ὁ υἱὸς Νῶε εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἑῶαν ἄτερ τῆς θαλάσσης τῆς ἐπιλεγομένης Ἡλίου χώρα, ἐν ᾗ ἀνατολὴ τρίτη τοῦ ἡλίου, καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ. ἔλαβε δὲ χάριν παρὰ θεοῦ σοφίας καὶ ἐφεῦρε τὴν τέχνην τῆς ἀστρονομίας. πρὸς τοῦτον κατῆλθε Νεβρὼδ, καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐπὶ τῆς γῆς. τῷ δὲ ὀκτακοσιαστῷ ἔτει τῆς τρίτης χιλιετερίδος καὶ ἐννενικοστῷ ἐκτίσθη ἡ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ Νεμβρώδ. καὶ μετὰ τούτου ἐποίησαν οἱ υἱοὶ Χὰμ βασιλέα ἑαυτῶν, οὗ τὸ ὄνομα Πομπῖον. ἔγραψεν οὖν ἐπιστολὴν Σὴμ πρὸς Νεμβρὼδ, ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Ἰάφεθ αὕτη μέλλει ἐξαλείφειν τὴν βασιλείαν τῶν τέκνων Χάμ. αὗται γὰρ βασιλεῖαι ἀνεδείχθησαν ἐπὶ τῆς γῆς. εἶτα ἔμαθον πάντα τὰ ἔθνη καθιστᾶν βασιλεῖς. τῷ δὲ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς τετάρτης χιλιετερίδος ἐπολέμησαν ἀμφότεροι αἱ βασιλεῖαι κτλ.* cf. etiam eiusdem libri paraphrasin latinam (ibid. p. 102): „Centesimo autem nono de tertia chiliade natus est filius quartus Noe secundum ipsius similitudinem, et vocavit nomen eius Ionithum. — — ad hunc descendens Nemroth, qui erat vir Gygas et in multis eruditus a deo accepit a Ionitho consilium, in quibus influentiis astrorum incipiendum esset ei regnare super terram. hic autem Nemroth natus fuit ex filiis Chus, cui erat pater Cham, et ipse primus regnavit super terram. septuagesimo vero anno et nonagesimo tertiae chiliadis, in quo agebatur nonus annus de iam dicta chiliade, aedificata est Babylon magna, et regnavit in ea Nemroth. et posthaec fecerunt sibi filii Cham regem ex ipsis, cui nomen Pontipius. et septuagesimo et nonagesimo anno temporis trium millium annorum anno tertio regni Nemroth miserunt viros potentes ex filiis Iaphet, nimis sapientes et artifices in arte tectoria constructores, et descenderunt in terram Etham ad Ionithum filium Noe et aedificaverunt ei civitatem iuxta nominis illius nuncupationem, et pax multa erat in terra Ionithi et Nemroth usque in praesentem diem. regnum autem Nemroth et filii Sem et Pontipii filii Cham et Iaphet contra se invicem rebellabat. scripsit autem Ionithus epistulam ad Nemroth ita dicens. Quia regnum etc.“ etc. utinam ea, quae in codice b addita sunt, iam edita essent!

6) cod. c vel Casanatensis et ipse Romae conservatur. Dressel l. l. p. LXI sq.: „Cod. Casanatensis G. V. 114, chartaceus, foliorum octonariorum, non una eademque manu scriptus, saeculi XV.“ inest Polycarpi epistula ad Philippenses. „cum ea contextim extat in 22 foliis cum dimidio ‚Ep. Barnabae.‘ — una eademque manus utramque scripsit saec. XV., diversa quidem ab ea, quam in Epp. Ignatii vidimus.“ insunt etiam VIII (non IX) Ignatii epistulae, de quibus

Dressel haec retulit: „Sunt autem eaedem, quas Is. Vossius ex pretioso illo codice Mediceo 7 Plutei LVII primus evulgavit. ac mihi quidem librum Casanatensem perlustranti Mediceus ei fons atque exemplar fuisse diu visus est. ut ita opinarer, cum indoles utriusque, tum ultimae Epistolae (*πρὸς τοὺς ἐν Ταρσῷ*) extrema utrobivis me movit species. Casanatensis quippe eodem modo desinit, quo Mediceus, eo tamen discrimine, quod illic sequuntur quattuor folia cum dimidio alba. sed id quidem aliunde explicandum videtur. nam ut omnium novem (vel octo) Epp. inscriptionem aliaque huiusmodi plura omittam, ex comparatione amborum Mss. accuratius inter se instituta apparet notabilior lectionum discrepantia. credibile tamen est, utrumque cod. ex eodem vetustissmo archetypo, per ambages quidem, emanasse. illud nimirum epistolam ad Tarsenses integram habebat. verumtamen casu quodam factum esse videtur, ut librarius codicis Casanatensis eam illinc non transscribere potuerit, quamvis prius observatam ac mensuratam, ideoque spatium ei integrae describendae reliquerit. hinc Casanatensis et Mediceus, quod ad textum Epistolae ad Tarsenses attinet, plus solito coeunt.“ Theodorus Zahn (Ignatius von Antioehien, Gothae 1873 p. 552 et Patr. app. II. p. XVI sq.) mihi recte Casanatensem codicem illius Medicei apographon censuisse videtur. codicis c scriptor ad Barnabae epistulam nonnulla adnotavit. ad c. 6 p. 14, 12. 13 contulit Clementis Alex. Strom. l. V; ib. ad p. 16, 9: „Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova“, cf. Ies. XLIII, 18. 19. Ioan. Apocal. XXI, 5; ib. ad p. 17, 4. 5: „nos sumus, quos introduxit in terram lacte et melle manantem;“ ad c. 10 p. 27, 5. 6: „Beatus vir, qui non abiit“ etc. Ps. I, 1; ad c. 11 p. 28, 12: „Me dereliquerunt fontem vivum;“ ad c. 14 p. 36, 11 lacunam (*πνεύματι*) notavit in margine.

7) codex n vel Neapolitanus descriptus est a Theodoro Zahn l. l. p. XLIV: „Codex Borbonicus, ad quem primus Gebhardtus animum advertit et collationem per Emidium Martinium Neapoli factam mecum communicavit. — ‚Cod. II. A. 17‘ in p. 533 sqq. Polycarpi Barnabaeque epistulas coniunctas habet. Codd. graeci mss. Regiae Bibliothecae Borbonicae descripti a S. Cyrillo. Neapoli 1826. Tom. I. p. 47.“ hunc codicem Th. Zahn ad alteram, deteriorem quidem, familiam retulit, quae recognoscitur e codicibus b c. nam ut ego in editione priore, ita etiam O. de Gebhardt et Th. Zahn codicibus v et o in hac familia palmam dederunt.

etiam textus G minime contemnendus est, neque in eo desunt, quae sequi debeamus. a latino interprete comprobantur c. 7 p. 19, 8. 13, c. 10 p. 27, 1. 2. c. 16 p. 40, 7 (*γίνεται*). etiam sine hoc comite recipiendus est c. 19 p. 45, 8. 9 (cf. p. 46, 6. 7), c. 21 p. 50, 5. 6.

etiam meliorem textum praebet codex S vel Sinaiticus, editus a Constantino Tischendorf a 1862, qui Novi Testamenti libris Barnabae quoque epistulam addidit. Tischendorf (Nov. Testam. Sinait. p. XVIII) haec retulit: „Quartum denique volumen, quo omnes Novi Testamenti libros edidimus, a quaternione $\overline{O\Gamma}$ incipiens numeros viginti complectitur, quorum ultimus est $\overline{ϟB}$. in his $\overline{OH}$ quaternio (in evangelio Lucae) septem tantum foliis constat. quaternio $\overline{\Pi}$ (quo exit Iohannis evangelium) et $\overline{ϟ}$ (in epistula Barnabae) senis tantum constant, ita ut non tam quaterniones sint quam terniones. $\overline{ϟA}$ quaternionis duo tantum folia, quibus epistula Barnabae desinit, item eius qui sequitur folia tantum sex cum septimi dimidio et brevi fragmento supersunt.“ Tischendorf l. l. p. XXI censuit, scribam A cum toto fere Novo Testamento etiam Barnabae epistulam scripsisse cum inscriptione et subscriptione, correxisse vero correctorem C° (l. l. p. XXV). post Ioannis apocalypsin sequitur *Βαρνάβα ἐπιστολή* (fol. 135—141 ed. Tischdf.). singulae paginae quaternas columnas

continent 48 lineis constantes. Barnabae epistulam nunc sequitur (Hermae) Pastoris pars. sed inter Barnabam et Hermam sex folia exciderunt, quibus Tischendorf (l. l. p. XXXII) Petri apocalypsin scriptam fuisse coniecit. Sinaiticus codex, quamvis duobus fere saeculis post Eusebium conscriptus, antiquissimus et gravissimus est, sed etiam satis multa perversa continet: c. 2 p. 6, 9 *ουδε*. c. 3 p. 7, 10 *ουκ ανθρωπον ταπινουντα την ψυχην αυτου αλλα λυε παν συνδεσμον κτλ.* p. 8, 3 *ελαιησεις*. p. 8, 5. 6 *προεφανερωσεν γαρ ημιν*. p. 8, 6 *επιλυτοι*. c. 4 p. 8, 10 om. *ἐκείνων καὶ ἡμῶν ἐστίν*. c. 5 p. 12, 10 om. *οὐχ ὅτι*. c. 6 p. 16, 7 *την γην ταυτα προς τον υιον*. p. 17, 8 *προειρηκαμεν*. p. 17, 13 *ποτε*. c. 7 p. 17, 17 repetuntur *ϊνα γνωμεν ω κατα παντα ευχαριστουντες*. p. 18, 8 *θυσιαν τελεσθηναι*. p. 19, 5 *ραχηλ*. p. 19, 15 *τον τραγον τον τυπον*. c. 9 p. 22, 7. 8 *ϊνα ακουσωμεν λογον και μη μονον πιστευσωμεν ημις*. p. 22, 15 om. *ἀπερίτμητα*. p. 24, 1 *διαθηκης* pro *διδαχῆς*. p. 24, 3 om. *οἶδα*. c. 12 p. 34, 8 *και υιον θυ̅ λεγει*. c. 13 p. 35, 5 *θελων τον εφραιμ ϊνα ευλογηση*. p. 35, 9 *μανασση*. c. 15 p. 38, 18 om. *τοῦ ἀνόμου*. p 39, 8 *ου* posuit pro *τότε*. c. 16 p. 40, 8. 9 *και αυτοι και οι των εχθρων υπηρεται* etc. corrector C° multa emendavit, sed etiam nonnulla mutavit, quae mutanda non erant. c. 4 p. 11, 7 posuit *τα* ante *γεγονοτα*, c. 15 p. 39, 4 *ει μη* ante *καθαρος*. c. 17 p. 42, 9 pro *μου η ψυχη παραλελιπεναι τι* posuit *μου ο νους και η ψυχη τη επιθυμια μου μη παραλελιπεναι τι των ανηκοντων εις σωτηριαν*, ubi solum voc. *μη* recipiendum est. c. 19 p. 46, 11 pro *και εκζητησεις καθ εκαστη̅ ημεραν η δια λογου κοπιωντι* scripsit *και εκζητησεις καθ εκαστη̅ν ημεραν τα προσωπα των αγιων η δια λογου και εργου και κοπον κοπιων*, ubi plurima reiicienda sunt.

omnibus codicibus praetuli codicem I vel Hierosolymitanum, quem in Prolegomenis ad alteram Clementis Romani editionem p. XII sq. XIX sq. descripsi. qui, quamquam tanta antiquitate non gaudet neque vitiis caret, tamen ubique fere meliorem textum servavit. non defuerunt quidem, qui mihi in Clementis Romani epistulis hunc codicem in universum spectatum Alexandrino praeferenti contradicerent [1]). sed conferatur cum Sinaitico Hierosolymitanus. ea sola recensebo, quae Hierosolymitanus nova luce illustravit. c. 1 p. 4, 7 *ἐλπὶς ἀρχὴ καὶ τέλος πίστεως ἡμῶν. κτλ*. c. 5 p. 12, 10. 11 *οὐχ ὅτι* ante *ἐκήρυσσε*

1) R. A. Lipsius vir cl. in Gebhardti, Harnacki, Zahni Patrum apostolicorum et meae Clementis Romani epistularum editionis II. censura (Jen. Literaturzeitung 1877, nr. 2) codicis Alexandrini, qui Sinaitico melior non est, adeo studiosum se gessit, ut etiam Clem. Rom. epi. I, 2 p. 5, 2. 5, invito scriptore ipso, codice Hierosolymitano, Syro interprete, Photio, ‚dei passiones' defenderit. longe diversas sententias tulerunt Iacobus Donaldson (The new MS. cf. Clement of Rome, in: Theological Review No. LVI, January 1877, Lond. p. 35—49) et Hermannus Roensch (in: Literar. Centralblatt 1877, no. 13 p. 409 sq.). quod in Clem. Rom. epi. I, 44 p. 48, 4 emendavi *ἐπὶ δοκιμῇ*, confirmatur Syra interpretatione et Iudicio Petri (in huius operis fasc. IV. p. 101, 13. 14: *ὅπως — δοκιμῇ δοκιμάσωσι τὸν ἄξιον ὄντα*). Iudaeorum et gentilium discrimen in ecclesia Romana etiam saeculo II. diu manens (cf. quae in Clementis Rom. epistularum ed. II. p. XLIII. exposui) Lipsius non refellit. etiam Aniceto episcopo Iudaei christiani Romae propriam consuetudinem servabant, sine proprio quidem episcopo, sed vix sine propriis presbyteris, qui die XIV. mensis Nisan coenam sacram administrabant. quod Caius presbyter Romanus etiam *ἐθνῶν ἐπίσκοπος* dicitur, nunquam ita intellexi, quasi gentilium fidelium Romanorum episcopus fuisset. Romanos episcopos usque ad Zephyrinum Iudaeorum christianorum episcopos fuisse, mihi ne in mentem quidem venit. etiam Francisco Overbeck meae editionis non aequo censori (in: Theol. Literaturzeitung 1877, nr. 11 p. 284 sq.) Syrus interpres in gravissimis rebus non favet.

(l. ἐκήρυσσον) καὶ ὑπερηγάπησαν αὐτόν. c. 6 p. 17, 14 τότε. c. 7 p. 18, 9 ἀπὸ τοῦ τράγου. p. 19, 5. 6 ῥαχή — ῥαχῆς. p. 19, 10 τότε. c. 9 p. 22, 15 ἀκροβυστίᾳ (ut ego iam edideram). c. 10 p. 24, 4 χοίρειον. p. 24, 6 συνειδήσει. c. 12 p. 33, 8 αὐτῷ τοῦτο τὸ ὄνομαι. p. 34, 8 καὶ υἱὸν οὐ λέγει. c. 14 p. 36, 11 τῷ πνεύματι. p. 37, 3 διὰ τοῦ κληρονόμου. c. 19 p. 46, 2 μήποτε ου φοβηθῶσι. p. 47, 5 τὸ πονηρόν. c. 21 p. 49, 5 εἴ τινα γνώμης κτλ. p. 49, 13 εὕρητε. quae Hierosolymitano cum Latino communia sunt non repetam, neque quae illi cum Sinaitico communia sunt colligam. Hierosolymitanum codicem ante consonantes τὸ ν ἐφελκυστικὸν plerumque omisisse et οὕτω, non οὕτως plerumque exhibere, iam retuli l. l. tales minutias Bryennius mihi non descripsit, sed quae retulit, illam observationem confirmaverunt. in his igitur semper receptum morem secutus sum. quae vir clarissimus de genuino textu iudicavit, plerumque ipsis eius verbis dedi. Hierosolymitani codicis margini nonnulla adscripta sunt. c. 1 p. 4, 6 sq.: περὶ τοῦ τρία εἶναι δόγματα κυρίου ζωῆς. c. 2 p. 6, 11 ὅτι οὐδενὸς χρήζει ὁ δεσπότης. Ἡσαΐου. ib. p. 6, 11. 12 ὅτι οὐ κατ' ἀνάγκην ὁ τοῦ κυρίου ζυγός B' [Βαρνάβας?] ἱερεύς. ib. p. 6, 21. 22 ψαλμ. N' καὶ ἐν ἀποκαλύψει Ἀδάμ [quam scripturam apocrypham eadem fere continuisse discimus]. c. 4 p. 9, 15. 16 Δανιὴλ καὶ Ἔσδρας ἀπόκρυφος. c. 5 p. 11, 19. 20 Παροιμιῶν. ib. p. 13, 8 Ζαχαρίου ιγ'. qui haec adnotavit, iam LXX versionis capita nostra novit.

his igitur auxiliis usus Barnabae epistulam denuo edidi. nonnullae difficultates recta interpunctione tolluntur. gaudeo, quod Lipsiensibus editoribus mea interpunctio c. 6 p. 15, 14 placuit. nunc c. 7 p. 19, 6 post εὑρίσκοντες οὕτω punctum posui. c. 8 p. 21, 3. 4 scripsi: ὅτι δὲ τὸ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον; iam Car. Lachmann Novi Testamenti graece et latine Tomo I. Berol. 1842 p. XLIII praefatus est: „item ὅτι cum interrogatione, quod est διὰ τί, simillimum illi notissimo εἰ interrogativo, Marci 9, 11. 28. Ioh. 8, 25 et Marci 2, 7 in Vaticano." Tischendorf ὅτι scripsit. praeterea cf. Alex. Buttmann Grammatik des NTlichen Sprachgebrauchs, Berol. 1859, p. 218. c. 15 p. 39, 3. 4 omnia sana sunt, modo interrogationem esse statuas: εἰ οὖν ἣν ὁ θεὸς ἡμέραν ἡγίασε νῦν τις δύναται ἁγιάσαι καθαρὸς ὢν τῇ καρδίᾳ; cf. Alex. Buttmann l. l. p. 214 in his rebus me nonnulla Oscaro de Gebhardt debere, ingenue fateor.

ceterum etiam in iis, quae ab omnibus testibus traduntur, difficultates restant, quas audaciore ratione tollere conatus sum. iam antiquissimis temporibus nonnulla depravata esse videntur, quae ex communi quodam fonte in omnes graecos codices, etiam in illum, quo latinus interpres usus est, transierunt.

post c. 3 p. 8, 6. 7 ἵνα μὴ προσρησσώμεθα ὡς προσήλυτοι τῷ ἐκείνων νόμῳ omnes testes statim exhibent c. 4 p. 9, 6—10, 3 δεῖ οὖν ἡμᾶς — συνιέναι οὖν ὀφείλετε, tum quae ego anteposui p. 8, 7—9, 6 ἔτι καὶ τοῦτο — [διὸ] περίψημα ὑμῶν. columnas duas olim transpositas esse haec tabula docebit:

I (p. 8, 7—9, 6).	II (p. 9, 6—10, 4).
ἔτι καὶ τοῦτο ἐρωτῶ ὑμᾶς ὡς εἷς ἐξ ὑμῶν ὤν, ἰδίως δὲ καὶ πάντας ἀγαπῶν ὑπὲρ τὴν ψυχήν μου, προσέχειν ἑαυτοῖς καὶ μὴ ὁμοιοῦσθαί τισιν ἐπισωρεύοντας ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν λέγοντας ὅτι ἡ διαθήκη ἐκείνων καὶ ἡμῶν ἐστιν· ἡμῶν μέν, ἀλλ' ἐκεῖνοι οὕτως εἰς τέλος ἀπώλεσαν αὐτήν, λαβόντος ἤδη τοῦ Μωϋσέως.	δεῖ οὖν ἡμᾶς περὶ τῶν ἐνεστώτων πολὺ ἐρευνῶντας ἐκζητεῖν τὰ δυνάμενα ἡμᾶς σώζειν. φύγωμεν οὖν τελείως ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων τῆς ἀνομίας, μήποτε καταλάβῃ ἡμᾶς τὰ ἔργα τῆς ἀνομίας, καὶ μισήσωμεν τὴν πλάνην τοῦ νῦν καιροῦ, ἵνα εἰς τὸν μέλλοντα ἀγαπηθῶμεν. μὴ δῶμεν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ ἄνεσιν, ὥστε ἔχειν ἐξου-

λέγει γὰρ ἡ γραφή· Καὶ ἦν Μωϋσῆς ἐν τῷ ὄρει νηστεύων ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα καὶ ἔλαβε τὴν διαθήκην ἀπὸ τοῦ κυρίου, πλάκας λιθίνας γεγραμμένας τῷ δακτύλῳ τῆς χειρὸς κυρίου‘· ἀλλὰ ἐπιστραφέντες ἐπὶ τὰ εἴδωλα ἀπώλεσαν αὐτήν. λέγει γὰρ οὕτω κύριος· Μωϋσῆ Μωϋσῆ, κατάβηθι τὸ τάχος, ὅτι ἠνόμησεν ὁ λαός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου.‘ καὶ συνῆκε Μωϋσῆς καὶ ἔρριψε τὰς δύο πλάκας ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. καὶ συνετρίβη αὐτῶν ἡ διαθήκη, ἵνα ἡ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ ἐγκατασφραγισθῇ εἰς τὴν καρδίας ἡμῶν ἐν ἐλπίδι τῆς πίστεως αὐτοῦ.

Πολλὰ δὲ θέλων γράφειν οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ᾽ ὡς πρέπει ἀγαπῶντι ἀφ᾽ ὧν ἔχομεν μὴ ἐλλείπειν, γράφειν ἐσπούδασα, [διὸ] περίψημα ὑμῶν.

σίαν μετὰ ἁμαρτωλῶν καὶ πονηρῶν συντρέχειν, μήποτε ὁμοιωθῶμεν αὐτοῖς. τὸ τέλειον σκάνδαλον ἤγγικε, περὶ οὗ γέγραπται, ὡς Ἐνὼχ λέγει. εἰς τοῦτο γὰρ ὁ δεσπότης συντέτμηκε τοὺς καιροὺς καὶ τὰς ἡμέρας, ἵνα ταχύνῃ ὁ ἠγαπημένος αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν ἥξῃ. λέγει δὲ καὶ ὁ προφήτης οὕτω· Βασιλεῖαι δέκα ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεύσουσι, καὶ ἐξαναστήσεται ὄπισθεν μικρὸς βασιλεύς, ὃς ταπεινώσει τρεῖς ὑφ᾽ ἓν τῶν βασιλέων. ὁμοίως περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγει Δανιήλ· ‚Καὶ εἶδον τὸ τέταρτον θηρίον τὸ πονηρὸν καὶ ἰσχυρὸν καὶ χαλεπώτερον παρὰ πάντα τὰ θηρία τῆς θαλάσσης, καὶ ὡς ἐξ αὐτοῦ ἀνέτειλε δέκα κέρατα, καὶ ἐξ αὐτῶν μικρὸν κέρας παραφυάδιον, καὶ ὡς ἐταπείνωσεν ὑφ᾽ ἓν τρία τῶν μεγάλων κεράτων. συνιέναι οὖν ὀφείλετε. [διὸ] κτλ.

columna II. in codicibus I S et in L ante columnam I. legitur. si scriptor vero hoc ordine scripsisset, sententiarum ordinem omnino turbasset[1]). modo lectores monuerat, ne ut proselyti adliderentur ad Iudaeorum legem. tum eosdem statim hortaretur, ut de praesentibus multum scrutantes exquirant, quae salvare possint, ut omnia opera iniquitatis fugiant et odio habeant errorem huius temporis, neve cum peccatoribus convivant. perfectum enim scandalum, i. e Neronem redivivum, iam appropinquasse, decem regum vel imperatorum tribus ultimis, i. e. Flaviis, simul depositis a rege exiguo (Nerva). haec intellegenda esse. quibus expositis scriptor in columna I. rediret ad priorem illam exhortationem, ne lectores rem suam cum Iudaeis communicent. enixe eos hortaretur, ne dicerent, testamentum divinum Christianis commune esse cum Iudaeis, qui illud penitus perdiderint, Christianis demum traditum. quae exhortatio finitur verbis: *ἵνα ἡ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ ἐγκατασφραγισθῇ εἰς τὴν καρδίαν ἡμῶν ἐν ἐλπίδι τῆς πίστεως αὐτοῦ*. profecto novum sententiarum ordinem incipiunt verba: *πολλὰ δὲ θέλων γράφειν οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ᾽ ὡς πρέπει ἀγαπῶντι ἀφ᾽ ὧν ἔχομεν μὴ ἐλλείπειν, γράφειν ἐσπούδασα [διὸ] περίψημα ὑμῶν*. sed in codicibus I S et in versione L sequuntur (p. 10, 3 sq.), quae non cum columna I, sed cum columna II. cohaerent: „propter quod [propter Antichristum iam instantem] attendamus in novissimis diebus. nihil enim proderit

1) Carolus Heydecke (Dissertatio, qua Barnabae epistola interpolata demonstretur, Brunsvigae 1874 p. 16) bene animadvertit, in tradito textu sententiarum ordinem turbatum esse, sed interpolatorem, non scribam turbasse asseruit. viro docto ea explicatio, quae in medio capite IV. legitur, p. 8, 7—10, 3 (*συνιέναι οὖν ὀφείλετε. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ἐρωτῶ ὑμᾶς — περίψημα ὑμῶν*) ab interpolatore interiecta esse videtur: „Deinde contextum sententiarum capitis IV. his versibus interruptum esse, nemo negabit. verba enim noni versus: *διὸ προσέχωμεν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις κτλ.* [p. 10, 3 sq.], quae hoc loco non habent, quo referantur, versui quinto [post p. 10, 2. 3 *τρία τῶν μεγάλων κεράτων*] adiungenda esse apparet. hoc solum corrigo, quod verba *συνιέναι οὖν ὀφείλετε* inter *τρία τῶν μεγάλων κεράτων* et (*διὸ*) *προσέχωμεν* ponenda sunt.

nobis omne tempus vitae nostrae et fidei, nisi nunc in iniquo tempore etiam futuris scandalis [cf. col. II. l. 12], sicut decet filios dei, resistamus. ne igitur niger penetret in nos, fugiamus ab omni vanitate et odio perfecto habeamus opera mala scelestae viae [cf. col. II. l. 3—6]" etc. profecto illa exhortatio, ne lectores Iudaeorum religioni se addicant (c. 2. 3), finitur col. I. l. 26. nova cohortatio incipit col. I. l. 27 *πολλὰ δὲ θέλων κτλ.* et continuatur col. II, ne lectores gentilium moribus corrumpantur. nulla vero ratione cohaerent, quae in codicibus I S coniunguntur: *πολλὰ δὲ θέλων γράφειν οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ' ὡς πρέπει ἀγαπῶντι ἀφ' ὧν ἔχομεν μὴ ἐλλείπειν, γράφειν ἐσπούδασα [διὸ] περίψημα ὑμῶν. προσέχωμεν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις κτλ.* latinus interpres ante *προσέχωμεν* omnia omisit praeter voc. *διό*, iam recto loco positum (p. 55, 15: propter quod adtendamus novissimis diebus). editores voc. *διό*, quod e columna II. huc delatum est[1]), aut deleverunt aut mutaverunt aut transposuerunt. sententiarum vero nexus non restituitur nisi transpositis illis duabus columnis. neque mirum est, in illo antiquissimo codice, unde nostri (I S L) originem trahunt, duas columnas transpositas esse. idem etiam in Hermae Pastoris latini Mand. X—XII accidisse, editioni meae (Lips. 1873 p. IX) praefatus sum. in hac vero Barnabae epistulae editione columna I lineas fere $15^1/_2$, columna II. lineas fere $16^1/_2$ complevit, quod discrimen nihil valet. nam in antiquis codicibus lineae raro aequales sunt. quae vero praecedunt, si inscriptionem tribus lineis computamus, lineas 76, i. e. quinque fere columnas, complevisse videntur. sextam igitur epistulae columnam post septimam positam esse arbitror[2]).

c. 6 p. 15, 15 sq. omnes testes haec fere exhibent: *ἐπεὶ οὖν ἀνακαινίσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν ἐποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον, ὡς παιδίον ἔχειν τὴν ψυχήν, ὡς ἂν δὴ ἀναπλάσσοντος αὐτοῦ ἡμᾶς.* deest apodosis. omnia vero sanantur restituto voc. *ἐκεῖ* pro *ἐπεί*, quod iam ante latinum interpretem irrepsisse censeo.

c. 8 p. 21, 7. 8 codices graeci haec fere praebent: *ὅτι καὶ ὁ ἀλγῶν σάρκα διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται.* hyssopi vero sordes nemo intellegere potuit. iam in codicum nostrorum radice communi mendum ortum esse arbitror, *ῥύπου* scripto pro *τύπου*. quod verbum optime convenit. nam *τύπος* non repraesentatae tantum rei (ut c. 8 p. 20, 10 *ὁ τύπος τοῦ σταυροῦ* et saepissime), sed etiam repraesentantis dicitur, cf. Hermae Past. Sim. II. p. 80, 16. 17: *Ἤθελον, φημί, γνῶναι τὸν τύπον τῶν δένδρων τούτων ὧν λέγεις.*

itaque etiam ipsam sententiarum rationem in hac editione secutus sum.

addo, me c. 12 p. 31, 11 non dubitasse edere: *εἶτα ὁπόταν καθεῖλε.* nam *ὅταν* cum indicativo coniunctum praebet Hermae Past. Vis. III, 12 p. 28, 11 sq. Sim. IX, 4 p. 116, 16. c. 6 p. 118, 21. c. 17 p. 131, 28. cf. Alex. Buttmann l. l. p. 192. iam transeamus ad Barnabae epistulae usum et auctoritatem.

1) ita fere in Sinaitico codice c. 9 p. 25, 5. 6 voc. *πλουσιως* translatum est.

2) in codice Sinaitico columma I nostrae editionis fere lineas 15, col. II. fere 14, col. III. fere 13, col. IV. fere 12, col. V. fere 13 lineas complevit. quas supra composuimus colummas, altera (I) $57^1/_2$, altera (II) 63 lineas Sinaitici codicis complet,

II. DE BARNABAE EPISTULAE USU ET AUCTORITATE.

Barnabae epistulae usum et auctoritatem Adolphus Harnack in Prolegomenis p. XXIII—XXX nimis angustis terminis circumscripsit. nam haec fere contendit (p. XXIX sq.): „Apparet igitur, Barnabae epistulam Alexandriae saeculo secundo in N. T. libros receptam post Eusebii et Hieronymi tempus in ecclesia orientali inter antilegomena maioris quidem auctoritatis reiectam, a saeculo septimo vel octavo oblivione obrutam esse; in occidentali vero ecclesia nullam unquam quaestionem de epistulae auctoritate obortam esse ipsamque nullo tempore ad canonicam auctoritatem adspirasse, cum ecclesia Romana omni fere epistulae notitia destituta fuerit."

A. Harnack (l. l. p. XXIV, not. 1) in Gnosticorum librorum fragmentis Barnabae epistulae nullam notitiam invenit. sed e Valentini epistulis Clemens Alex. Strom. II, 20, 114 p. 489 retulit: *τὸν τρόπον τοῦτον καὶ ἡ καρδία, μέχρι μὴ προνοίας τυγχάνει, ἀκάθαρτος οὖσα, πολλῶν οὖσα δαιμόνων οἰκητήριον.* haec referenda esse videntur ad Barnabae epi. c. 16 p. 40, 18 sq. *πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ θεῷ ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενές, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός. ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας καὶ ἦν οἶκος δαιμονίων, διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ θεῷ.* Barnabae propria sententia est, corda nostra aut dei filii (cf. c. 6 p. 16, 15 sq. Ignat. ad Ephes. 15) aut daemonum esse *κατοικητήρια.* ceterum Harnack ipse ad Barnabae c. 6 p. 15, 6 sq. bene contulit Naassenos Philosophum. V, 8 p. 160, 7 sq. etiam hoc notandum est, quod Barnabae epi. c. 2 p. 6, 21. 22 Ps. L, 19 eodem modo laudavit, quo laudatus est *ἐν ἀποκαλύψει Ἀδάμ* (cf. cod. I in margine). de Gnosticis Epiphanius Har. XXVI, 8 retulit: *ἀποκαλύψεις δὲ τοῦ Ἀδὰμ ἄλλας λέγουσιν,* ad quem librum I. A. Fabricius (cod. pseudepigr. V. T. I. p. 11) etiam ea revocavit, quae Ephiphanius l. l. c. 5 scripsit: *διὸ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἀναγινώσκοντες ὅτι εἶδον δένδρον φέρον δώδεκα καρποὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ εἶπέ μοι Τοῦτό ἐστι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ὃ αὐτοὶ ἀλληγοροῦσιν εἰς τὴν κατὰ μῆνα γενομένην ῥύσιν.* similia leguntur in Barnab. epi. c. 11 p. 30, 10 sq. de Adami apocalypsi cf. Coteler. ad Constitutt. app. VI, 16 p. 176, 20 ed. Lagard., Herm. Roensch, das Buch der Iubiläen, Lips. 1874 p. 380. si Adami apocalypsis Barnabae epistula antiquior fuerit, huius epistulae scriptor ea iam usus esse videtur. si vero illa apocalypsis, quae iam Gnosticis placuit, serior erat, eius scriptorem fortasse Gnosticis cognatum iam hac epistula usum esse coniicio. dolendum est, quod illius apocryphi tam pauca fragmenta supersunt.

Hermae Pastorem Vis. III, 4 p. 18, 14—16 *διὰ τοὺς διψύχους τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ἄρα ἔσται ταῦτα ἢ οὐκ ἔσται* convenire cum Barnabae epi. c. 19 p. 44, 7 *οὐ μὴ διψυχήσῃς, πότερον ἔσται ἢ οὔ,* iam ipse notavi. Harnack l. l. miratus, neminem adhuc Pastorem Hermae cum epistula nostra comparasse, animadvertit, etiam Hermae Past. Mand. II. p. 38, l. 2 *δίδου ἁπλῶς, μὴ διστάζων τίνι δῷς ἢ τίνι μὴ δῷς. πᾶσι δίδου* convenire cum Barnabae epi. c. 19 p. 47, 3 *οὐ διστάσεις δοῦναι.* „Hermas hic Barnabae verba fusius exposuisse videtur." iuvat etiam ea, quae Hermas Mand. VI, 2 p. 51, 12 sq. de duobus angelis, altero iustitiae, altero nequitiae, unumquemque hominem comitantibus docuit, conferre cum Barnab. epi. c. 18 p. 43, 1 sq.

Iustinum Martyrem Barnabae epistula usum esse, post v. cl. Otto equi-

dem in editione priore suspicatus sum. Harnack quidem (l. l. p. XXIII not. 1) assensum denegavit. nam vestigia, quae ego mihi detexisse visus sim, epistulae usum prorsus non probare, „cum uterque scriptor procul dubio hic ex eodem traditionis fonte hauserit." sed M. Guedemann (Zur Erklärung des Barnabasbriefes, in libro: Religionsgeschichtliche Studien, Lips. 1876, p. 106 not. 1) et ipse Barnabae epistulae notitiam apud Iustinum defendit. profecto Iustinum Barnabae epi. c. 7 p. 18, 16 sq. secutum esse demonstravi in adnotationibus p. 88 sq. etiam Barnabae epi. c. 12 p. 31, 4 sq. recognoscitur apud Iustinum Dial. c. 90 p. 317 sq. c. 111 p. 338, Barnabae epi. c. 12 p. 2, 1 sq. apud Iustinum Apol. I, 60 p. 93 Dial. c. 91 p. 319. c. 94 p. 321 sq., cf. adnotationes meas p. 89 sq. Barnabas narrationes de Mose in proelio manus ad instar crucis extendente et aereum serpentem instar crucis sistente coniunxit, quem Iustinus secutus est. Barnabas docuit, Mosem in proelii dimicatione manibus extensis crucis typum repraesentasse, itaque ad Israelitas contra Amalecitas pugnantes victoriam convertisse. etiam Iustinus Mosem manus extendentem crucem imitatum esse asseruit. Barnabas narravit, *πάντα ὄφιν* (Num. XXI, 6 *τοὺς ὄφεις τοὺς θανατοῦντας*) Israelitas momordisse. secundum Iustinum Israelitas interfecerunt *ἰοβόλα θηρία, ἔχιδναί τε καὶ ἀσπίδες καὶ ὄφεων πᾶν γένος*. Barnabas hos serpentes ad illum serpentem, qui Evam decepit, retulit. Iustinus quoque illum serpentem, qui Adami peccati auctor fuit, comparavit. Barnabas Mosem, qui Deut. XXVII, 15 praeceperit: *οὐκ ἔσται ὑμῖν οὔτε χωνευτὸν οὔτε γλυπτὸν εἰς θεὸν ὑμῖν*, ipsum aereum serpentem fecisse docuit, ut typum Iesu ostenderet. Iustinus eodem fere modo aereum Mosis serpentem crucis signum fuisse asseruit, quum per Mosem mandatum sit, ne qua omnino effingeretur imago aut simulacrum, sive eorum, quae in caelis sunt sursum, sive eorum, quae in terra sunt deorsum (Ex. XX, 4. Deut. V, 8). Barnabas non deum Mosi (Num. XXI, 8), sed Mosem populo dixisse retulit: *ὅταν δηχθῇ τις ὑμῶν, ἐλθέτω ἐπὶ τὸν ὄφιν τὸν νεκρὸν τὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου ἐπικείμενον, καὶ ἐλπισάτω πιστεύσας, ὅτι αὐτὸς ὢν νεκρὸς δύναται ζωοποιῆσαι, καὶ παραχρῆμα σωθήσεται.* etiam Iustinus narravit, Mosem populo dixisse: *ἐὰν προσβλέπητε τῷ τύπῳ καὶ πιστεύητε, ἐν αὐτῷ σωθήσεσθε.* in his omnibus Iustinum cum Barnaba forte convenisse, etiam Harnack asserere noluit. traditio vero communis talia continere non poterat. Iustinum Barnabae epistula tacite usum esse etiam Constantinus Skworzow (Patrologische Untersuchungen über Ursprung der problematischen Schriften der apostol. Väter, Lips. 1875, p. 1 sq.) concessit. Iustinum (Dial. c. Tr. c. 81 p. 308 A: *συνήκαμεν καὶ τὸ εἰρημένον ὅτι ἡμέρα κυρίου ὡς χίλια ἔτη*) non cum Ps. LXXXIX, 4 LXX (*ὅτι χίλια ἔτη ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ὡς ἡ ἡμέρα ἐχθές, ἥτις διῆλθε*), sed cum Barnabae epi. c. 15 p. 38, 14. 15 (*αὐτὸς δέ μοι μαρτυρεῖ λέγων Ἰδοὺ ἡμέρα κυρίου ἔσται ὡς χίλια ἔτη*) convenire, vir cl. Carolus de Otto monuit.

Ignatium cum Barnabae epistula comparaverunt Th. Zahn (Ignat. v. Ant. p. 514 not.), qui Barnabam Ignatii epistulis usum esse censuit, et Harnack, cui contraria sententia placuit. profecto Barnabam Ignatius secutus esse videtur. Barnabae epi. c. 1 p. 4, 7 sq.: *ἐλπὶς ἀρχὴ καὶ τέλος πίστεως ἡμῶν· καὶ δικαιοσύνη κρίσεως ἀρχὴ καὶ τέλος· ἀγάπη εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως ἔργων, δικαιοσύνης μαρτυρία.* Ignatius ad Ephes. 14 *τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ ζωῆς καὶ τέλος· ἀρχὴ μὲν πίστις, τέλος δὲ ἀγάπη.* — Barnabae epi. c. 4 p. 10, 9. 10 *ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνερχόμενοι.* Ignatius ad Ephes. c. 5 *ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτό.* ad Magnes. 5 *ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ μία προσευχὴ κτλ.* Barnabae epi. c. 6 p. 16, 14 sq. *ὅτι αὐτὸς* [Christus] *ἐν σαρκὶ ἔμελλε φανεροῦσθαι καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν. ναὸς γὰρ ἅγιος, ἀδελφοί μου, τῷ κυρίῳ τὸ κατοικητήριον ἡμῶν τῆς καρδίας.* c. 16 p. 41, 7 sq. *διὸ*

ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν κτλ. Ignatius ad Ephes. c. 15: πάντα οὖν ποιῶμεν, ὡς αὐτοῦ [Ἰησοῦ] ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοί, καὶ αὐτὸς ᾖ ἐν ἡμῖν θεὸς ἡμῶν. — minus probant Barnabae epi. c. 1 p. 4, 6. 7 τρία οὖν δόγματα κυρίου ζωῆς (cf. c. 10 p. 24, 6. 27, 13. 4), comparato Ignatio ad Ephes. c. 19 τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ θεοῦ ἐπράχθη.

Polycarpi quoque epistulam ad Philippenses Harnack cum Barnabae epistula contulit. Barnabae epi. c. 8 p. 20, 15. 16 οἱ εὐαγγελισάμενοι ἡμῖν (ἀπόστολοι), cf. Polycarpi epi. c. 6 οἱ εὐαγγελισάμενοι ἡμῖν ἀπόστολοι.

Irenaeo in nonnullis convenire cum Barnabae epistula Harnack p. XXIX not. 17 non negavit, sed haec Barnabae epistulae notitiam non probare contendit. certissime probant. Barnabas epi. c. 2 p. 6, 21. 22 liberius laudans Ps. L, 19 scripsit: Θυσία τῷ κυρίῳ καρδία συντετριμμένη, ὀσμὴ εὐωδίας τῷ κυρίῳ καρδία δοξάζουσα τὸν πεπλακότα αὐτήν. Irenaeus post Ps. L, 19 accurate laudatum (adv. haer. IV, 17, 1) etiam Barnabam secutus est (ib. §. 2, cf. adnotationes p. 74). — Barnabae epi. c. 15 p. 38, 11 sq.: προσέχετε, τέκνα, τί λέγει τό Συνετέλεσεν ἐν ἓξ ἡμέραις. τοῦτο λέγει, ὅτι ἐν ἑξακισχιλίοις ἔτεσι συντελεσθήσεται τὰ σύμπαντα. ἡ γὰρ ἡμέρα παρ' αὐτῷ σημαίνει χίλια ἔτη, αὐτὸς δέ μοι μαρτυρεῖ λέγων· Ἰδοὺ ἡ ἡμέρα κυρίου ἔσται ὡς χίλια ἔτη (Ps. LXXXIX, 4 ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου, ὡς ἡ ἡμέρα ἐχθές, ἥτις διῆλθε). haec secutus etiam Irenaeus adv. haer. V, 28, 3 scripsit: ὅσαις [γὰρ] ἡμέραις ἐγένετο ὁ κόσμος, τοσαύταις χιλιοντάσι συντελεῖται — — ἡ γὰρ ἡμέρα κυρίου ὡς ͵α ἔτη· ἐν ἓξ οὖν ἡμέραις συντετέλεσται τὰ γεγονότα.· φανερὸν οὖν, ὅτι ἡ συντέλεια αὐτῶν τὸ ͵ς ἔτος ἐστι. cf. etiam V, 23, 2: Quoniam enim dies domini sicut mille anni. Irenaeus adv. haer. V, 8, 3 Barnabae epi. c. 10 p. 27, 12 sq. secutus esse videtur.

Hippolytum quoque de Barnabae epistula tacere Harnack asseruit, sed ipse ad Barnabae epi. c. 6 p. 16, 9 contulit Hippolytum p. 132, 15. 16 ed. Lagard. ad Barnabae c. 6 p. 15, 10 Hippolytus alia ratione conferendus est. equidem Hippolytum Barnabae epistulam nosse neque affirmo neque nego.

Celsum vero, christiani nominis adversarium, Barnabae epistulae c. 5 p. 12, 11—13 usum esse, iam Origenes c. Cels. (Opp. I, 378) coniecit.

iam ante Clementem Alexandrinum liber inscriptus: ‚Duae viae [vel iudicium Petri]', et ipse inter sacras scripturas recensitus (in huius operis fasc. IV. p. 93—106), e Barnabae epistulae parte ultima (c. 18—21) compositus est, qui liber mihi quidem in Asia conscriptus esse videtur.

Clemens Alexandrinus Barnabae epistulam non tantum disertis verbis laudavit, sed etiam inter sacras scripturas censuit. nam in Hypotyposeon libris deperditis inter sacras scripturas etiam in Barnabae epistulam commentatus est. Eusebius HE. VI, 14, 1 ἐν δὲ ταῖς Ὑποτυπώσεσι, ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών, τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς, τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην ἀποκάλυψιν. Eusebius HE. II, 1, 4 ex Hypotyposeon libro VII. haec reddidit: Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Πέτρῳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ κύριος, οὗτοι τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις παρέδωκαν, οἱ δὲ λοιποὶ ἀπόστολοι τοῖς ἑβδομήκοντα, ἐν οἷς ἦν καὶ Βαρνάβας. Eusebius HE. VI, 13, 6 de Clementis Alexandrini Stromatum libris: κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις· τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος σοφίας καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιρὰχ καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα καὶ Κλήμεντος καὶ Ἰούδα. Clemens Alexandrinus igitur in Barnabae epistula gno-

sin apostolicam traditam agnovit. in Paedagogo Barnabae epistula tacite usus est: II, 10, 83 p. 220 sq.: *ὁρᾶτε γοῦν· ὁ πάνσοφος Μωϋσῆς ὅπως ποτὲ συμβολικῶς τὴν ἄκαρπον ἀποκρούεται σποράν· Οὐκ ἔδεσαι, λέγων, τὸν λαγὼν οὐδὲ τὴν ὕαιναν. οὐ βούλεται τῆς ποιότητος αὐτῶν μεταλαμβάνειν τὸν ἄνθρωπον οὐδὲ μὴν τῆς ἴσης ἀσελγείας ἀπογεύσασθαι· κατακόρως γάρ τοι περὶ τὰς μίξεις τὰ ζῶα ταῦτα ἐπτόηνται. καὶ τὸν μὲν λαγὼν κατ' ἔτος πλεονεκτεῖν φασὶ τὴν ἀφόδευσιν, ἰσαρίθμους οἷς βεβίωκεν ἔτεσιν ἴσχοντα τρύπας· ταύτῃ ἄρα καὶ τὴν κώλυσιν τῆς ἐδωδῆς τοῦ λαγὼ παιδεραστίας ἐμφαίνειν ἀποτροπήν, τὴν δὲ ὕαιναν ἐναλλὰξ ἀμείβειν τὸ ἄρρεν εἰς τὸ θῆλυ παρ' ἔτος ἕκαστον, αἰνίττεσθαι δὲ μὴ χρῆν ἐπὶ μοιχίας ὁρμᾶν τὸν τῆς ὑαίνης ἀπεχόμενον.* (cf. Barnabae epi. c. 10 p. 26, 5 sq.). ibid. III, 11, 75. 76 p. 297 sq.: *ἔμπαλιν γοῦν τὴν μετὰ τῶν φαύλων συνδιαίτησιν ἀνθρώπων ὑώδη γνωρίζων ὁ πάνσοφος διὰ Μωϋσέως παιδαγωγὸς χοιρείων ἀπηγόρευσεν μεταλαμβάνειν τῷ λαῷ τῷ πρεσβυτέρῳ, ἐμφαίνων μὴ δεῖν τοὺς θεὸν ἐπιβοωμένους ἀκαθάρτοις ἀναμίγνυσθαι ἀνθρώποις, οἳ δίκην ὑῶν ἡδοναῖς σωματικαῖς καὶ δεισαλέαις τροφαῖς καὶ γαργαλισμοῖς ἀσελγέσι κνηστιῶντες πρὸς ἀφροδίτην κακόχαρτον ἡδονὴν χαίρουσιν. ἀλλ' οὐδ' ἰκτῖνα ἢ ὠκύπτερον μαστοφαγῆ ἢ αἰετὸν φαγεῖν φησίν, οὐκ ἐγγιεῖς, λέγων, τοῖς δι' ἁρπαγῆς τὸν βίον ποριζομένοις. καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὁμοίως ἀλληγορεῖται. τίσιν οὖν οἰκειωτέον; τοῖς δικαίοις. πάλιν ἀλληγορῶν φησίν· πᾶν γὰρ διχηλοῦν καὶ μαρυκώμενον καθαρόν Ἔστιν κτλ.* (cf. Barnabae epi.[1] c. 10 p. 24, 4 sq.). a Clemente Alex. ibid. III, 12, 89—91 p. 305. 306 secundum Barnabae epi. c. 2. 3 p. 6, 5 sq. laudari Ies. LVIII, 4—7. I, 11—13. Ps. L, 19. Ier. VII, 22. 23. Zach. VIII, 17 in adnotationibus p. 73 sq. monui. in Stromatum libris Clemens Alexandrinus Barnabae epistulam etiam disertis verbis laudavit. II, 6, 31 p. 445: *εἰκότως οὖν ὁ ἀπόστολος Βαρνάβας Ἀφ' οὗ, φησίν, ἔλαβον μέρους κτλ.* (cf. Barnabae epi. c. 1 p. 4, 3 sq.) II, 7, 35 p. 447 *καὶ Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος, Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς κτλ.* (cf. Barnabae epi. c. 4 p. 10, 11 sq.). II, 15, 67 p. 464 *ταῦτα μὲν ὁ Βαρνάβας* (cf. Barnabae epi. c. 10 p. 24, 4 sq.). II, 18, 84 p. 472 *ἀμέλει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας* (cf. Barnabae epi. c. 21 p. 49, 10 sq. 50, 6), II, 20, 116 p. 489 *οὔ μοι δεῖ πλειόνων λόγων παραθεμένῳ μάρτυν τὸν ἀποστολικὸν Βαρνάβαν — ὁ δὲ τῶν ἑβδομήκοντα ἦν καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου — κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγοντα Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ θεῷ κτλ.* (cf. Barnabae epi. c. 16 p. 40, 18 sq.). V, 8, 52 p. 677 *μηνύων, φησὶν ὁ Βαρνάβας, κολλᾶσθαι δεῖν κτλ.* (cf. Barnabae epi. c. 10 p. 24, 4 sq.). V, 10, 64 p. 683 *ἀλλὰ καὶ Βαρνάβας ὁ καὶ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ ἀποστόλῳ κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἐθνῶν τὸν λόγον Ἁπλούστερον, φησίν, ὑμῖν γράφω κτλ.* (cf. Barnabae epi. c. 6 p. 14, 12. 13). etiam in Stromatum libris Clemens Alexandrinus Barnabae epistula tacite usus est. III, 12, 86 p. 550 *παραβολὴν δὲ κυρίου τίς νοήσει, εἰ μὴ σοφὸς καὶ ἐπιστήμων καὶ ἀγαπῶν τὸν κύριον αὐτοῦ* (Barnabae epi. c. 6 p. 15, 13 sq.) VI, 11, 84 p. 782 *φασὶν οὖν εἶναι τοῦ μὲν κυριακοῦ σημείου τύπον κατὰ τὸ σχῆμα τὸ τριακοσιοστὸν στοιχεῖον, τὸ δὲ ἰῶτα καὶ τὸ ἦτα τοὔνομα σημαίνειν τὸ σωτήριον* (cf. Barnabae epi. c. 9 p. 23 sq.). semel Clemens Alexandrinus e Barnabae epistula laudavit, quae in Clementis Romani epi. I, c. 48 p. 53, 5 sq. leguntur, Strom. VI, 8, 64 p. 772 *ἐξηγούμενος δὲ τὸ ῥητὸν τοῦ προφήτου Βαρνάβας ἐπιφέρει Πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν ἡ ἐν δικαιοσύνῃ κτλ.*[1]). Barna-

1) Harnack l. l. p. XXV adnotavit: „Cum vero Clemens Alex. ad litteram Clementis Romani verba hic repetiverit, omnes mihi errare videntur, qui Clementem memoriae lapsus hic accusaverunt; immo in codice, quo usus est

bae igitur epistulam Clemens Alexandrinus inter ipsas sacras scripturas censuit. fuerunt quidem, qui Clementem Alexandrinum Barnabae epistulam minus aestumasse assererent, quum (Paed. II, 10, 84 p. 221) illam sententiam Barnabae epi. c. 10 p. 269 sq. corrigat, hyaenam quotannis genus mutare, et Strom. II, 15, 67. 68 p. 464 Barnabae epi. c. 10 p. 27, 5 sq. interpretationi Ps. I, 1 aliam praeferat. sed iam in libro de patribus apostolicis conscripto p. 44 sq. respondi: „Allein das Letztere ist bei der Möglichkeit verschiedener allegorischer Schrifterklärungen wenigstens keine Missbilligung[1]), und da Clemens den geistigen Sinn unsers Schriftstellers an ersterer Stelle vollkommen billigt, nur den buchstäblichen verwirft, so thut er ja gar nichts anders, als was sich alexandrinische Allegoristen, wie Philo, in ihrer Schriftauslegung erlaubten, was Origenes grundsätzlich billigte." Clemens Alexandrinus tantum abest, ut Barnabae epistulae minorem auctoritatem tribuerit, ut Barnabam scientiam reconditam ab ipsis apostolis acceptam etiam in hac epistula tradidisse crediderit (Strom. V, 10, 64 p. 683 *ἤδη σαφέστερον γνωστικῆς παραδόσεως ἴχνος παρατιθέμενος λέγει*).

Origenes catholicam Barnabae epistulam laudavit, ipsi Barnabae tribuit et inter sacras scripturas quodam modo numeravit, c. Cels. I, 63 (Opp. I, 378, cf. Gregor. Nazianz. Philocal. c. 18): *γέγραπται δὲ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ὅτι ἐξελέξατο κτλ.* (cf. Barnabae epi. c. 5 p. 12, 11 sq.). de princ. III, 2, 4 (Opp. I, 140): eadem quoque Barnabas in epistula declarat, cum duas vias esse dicit etc. (cf. Barnabae epi. c. 18 p. 42, 13 sq.). Comm. in epi. ad Rom. I, 24 (Opp. IV, 473): sunt praeterea, sicut in multis scripturae locis invenimus, etiam utriusque partis viae fautores quidam et angeli (cf. Barnabae epi. c. 18 p. 42, 13 sq.). unde I. G. Mueller (Commentar p. 5) illud hauserit, Origenem authentiam epistulae infestasse ipsique Barnabae auctoritatem apostolicam abiudicasse, Harnack (l. l. p. XXV, not.) non vidit.

Methodius, Tyri episcopus, martyr anni 311, Barnabae epistulam imitatus esse videtur Sympos. I, 3, cf. quae ad Barnabae epi. c. 9 p. 23, 5 adnotavi (p. 98).

in occidente iam Irenaeum Barnabae epistula usum esse vidimus: non recte asseruit A. Harnack l. l. p. XXVI: „In occidentali ecclesia (Romana, Africana) epistulae nostrae ante saeculum quartum usus ne vestigia quidem patent; omnino nesciremus, eam unquam ecclesiae occidentali notam fuisse, nisi vetus epistulae versio Latina superesset. versio illa epistulae in occidente cognitae unicus testis est." Barnabae epistulam iam Tertulliano notam fuisse vir doctus negare non debebat, cf. adv. Marcion. III, 7. adv. Iudaeos c. 14 et quae ad Barnabae epi. c. 7 p. 18, 16 sq. notavi (p. 91 sq.). Barnabas docuit, die ieiunii sacerdotes solos edere de hirco, qui offertur pro omnibus peccatis; haec repetiit Tertullianus. Barnabas monuit, duos hircos consimiles die expiationis typum Iesu repraesentare, alterum maledictum, consputum et compunctum, coccino circumdatum; quae omnia Tertullianus repetiit. his si nihil efficitur, omnino

Clemens Alex., epistulam Barnabae ante epistulas Clementis locum habuisse, censendum; inde apparet, ecclesiam Alexandrinam utrique epistulae eandem attribuisse dignitatem."

1) sic I. B. Lightfoot (S. Clement of Rome p. 12) et Harnack (l. l. p. XXV, 3) Clementem Alexandrinum intellexerunt, obliti, quod iam Philo varias allegoricas interpretationes statuit (cf. Siegfried, Philo von Alexandria p. 196 sq.). re vera Clemens Alex. Barnabae interpretationi aliam addidit sapientis viri, etiam aliam, quae illi maxime placuit (*ἕτερος δὲ κυριώτερον ἔλεγεν*). cf. etiam Iac. Donaldson, the apostolical Fathers Lond. 1874, p. 251 sq.

nihil effici potest. quis tandem Barnabam epi. c .12 p. 31, 4 sq. et Tertullianum Mosem manus instar crucis extendentem et aereum serpentem quasi cruci adfixum casu coniunxisse credet? summo iure in editione priore p. IX mihi scripsisse videor, Barnabae epistulam procul dubio Tertulliano notam fuisse.

etiam Pseudo-Cyprianus, qui a. 245 de pascha computum composuit, Barnabae epi. c. 9 p. 23, 7 sq. bene novit, quamvis eam non in omnibus repetierit. neminem enim ante se numerum τιή Gen. XIV, 14 sic interpretatum esse, Barnabas ipse testatus est.

Commodianus, qui c. a. 250 p. C. n. ‚Carmen apologeticum' composuit. v. 265. 266 eodem fere modo, quo Barnab. epi. c. 6 p. 14, 5—7, reddidit Ies. XXVIII, 16:

Nam lapis immissus ipse est in fundamina Sion,
Crederet in quo qui is haberet vitam aeternam.

Herm. Roensch (Zeitschrift für d. histor. Theol. 1872, p. 241) contulit quidem Ioan. III, 15, sed propior est Barnabae epistula, ubi idem Iesaiae vaticinium laudatur.

idem cum Barnab. epi. c. 13 p. 34, 12 sq. cecinit v. 189. 190.

Duos enim populos distinxerat ex se Rebecca:
Hic prior est factus, alter ut succederet illi.

v. 553. 534 de Mose:

Ille duos populos praedixerat esse futuros.
Et quidem minorem populum praecellere dixit.

eadem sex millia annorum mundi, quae Barnab. epi. c. 15 p. 38, 12 sq. docuit, novit etiam Commodianus carm. apolog. v. 45. 784. Instruction. Acrost. 80, 8.

minime igitur sola versio latina in occidente Barnabae epistulae testis est. hanc vero Hieronymo antiquiorem esse, omnes concedunt. graecum exemplum, ex quo versio fluxit, Adolpho Harnack (l. l. p. XXIX, not. 18) codex Bibliorum vel epistularum catholicarum fuisse videtur, quum in apographo Corbeiensi (iam Petropolitano) epistula Iacobi nostram excipiat.[1]

ex tot testibus ne unus quidem de Barnaba epistulae auctore dubitavit. omnes eam vel inter scripturas sacras vel prope easdem posuerunt. Eusebius Caesariensis primus de huius epistulae auctoritate dubitasse videtur. HE. II, 25, 4 *ἐν δὲ τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων γραφή, ὅ τε λεγόμενος Ποιμὴν καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαί*[2]). sed Eusebius Barnabae epistulam non ita *ἐν τοῖς νόθοις* collocavit, ut eam aperte spuriam iudicaverit. ipse l. l. §. 5 pergit: *ταῦτα μὲν πάντα τῶν ἀντιλεγομένων ἂν εἴη*, cui librorum ordini etiam nostram epistulam (cf. s. p. XXIV) adnumeravit. etiam post Eusebium Barnabae epistula a multis magni aestumabatur.

1) versus scripturarum sacrarum, qui codici Claromontano adiecti sunt, secundum Crednerum ad Africanam ecclesiam saeculi III. pertinentes, inter ipsas N. Ti. scripturas post Iudae epistulam, ante Ioannis Revelationem recensent: „barnabae epist. ver. [versus] DCCCL." Tischendorf (Nov. Test. Sinait. prolegom. p. XXXII not. 4) nostram Barnabae epistulam intellexit. sed haec sententia refellitur versuum numero, quem epistulae ad Hebraeos scriptae canonicae et ipsi a Tertulliano Barnabae tributae, non nostrae epistulae congruere iam C. A. Credner recte monuit, cf. meum librum: Einleitung in d. N. T. p. 109. eadem Harnack l. l. p. XXIX, not. 17 asseruit.

2) vix vituperandus eram a Crednero (Geschichte des N.Tlichen Kanon, p. 120), quia *τὴν φερομένην ἐπιστολὴν* ‚epistulam quae dicitur' verti (apost. VV. p. 45). nam *ἡ φερομένη* eodem modo respondet sequentibus *αἱ λεγόμεναι*,

Gregorius Nyssenus in libello, 'Ἐκλογαὶ πρὸς Ἰουδαίους' 7. 11. 12 tacite reddidit Barnabae epi. c. 12 p. 31, 1. 2, c. 9 p. 22, 13 sq. c. 2 p. 6, 14 sq. cf. quae adnotavi p. 74. 97. 103[1]).

Gregorius Nazianzenus in Philocalia c. 18 Origenis c. Cels. I, 63 (cf. s. p. XXVI.) descripsit.

Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum IX p. 301 ed. Spanhem. et in Glaphyris [Opp. I, 374 ed. Aubert.] cum Barnabae epi. c. 7 p. 18, 16 sq. congruit, cf. quae adnotavi p. 92.

Hieronymus in libro interpretationis hebraicorum nominum (Opp. III, 1, 119) Novi Testamenti libris addidit „epistulam Barnabae apostoli," quam alibi inter apocrypha censuit. de vir. illustr. c. 6 (Opp. II, 839): Barnabas Cyprius, qui et Ioseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus unam ad aedificationem ecclesiae pertinentem epistulam composuit, quae inter apocryphas scripturas legitur. Comm. ad Ezech. XLIII, 19 (Opp. V, 531): Vitulum autem, qui pro nobis immolatus est, et multa scripturarum loca et praecipue Barnabae epistola, quae habetur inter scripturas apocryphas [c. 8, p. 20, 13], nominat[2]). ceterum Hieronymus in Dialogo contra Pelagianos III, 2 (Opp. II, 783) Ignatio tribuit, quae Barnabae sunt: „Ignatius, vir apostolicus et martyr, scribit audacter: ,Elegit dominus apostolos, qui super omnes homines peccatores erant' (cf. Barnabae epi. c. 5 p. 12, 11 sq.). Menardus coniecit, in volumine, quo Hieronymus usus erat, Ignatiana Barnabae epistulae praecessisse. qua sagaci coniectura opus non esse Harnack (l. l. p. XXVII) censuit; si tamen vera sit, epistulam nostram in bibliis Hieronymi non fuisse videri, cum Ignatiana nusquam ne ad calcem quidem N. Ti. locum adepta sint. sed inter Novi Testamenti apocrypha in catalogo Anastasiano etiam Ἰγνατίου διδασκαλία, Πολυκάρπου διδασκαλία, in Nicephori Constantinopolitani stichometria etiam Ἰγνατίου, Πολυκάρπου recensentur (cf. librum meum: Einl. in d. N. T. p. 141).

Prudentius quoque Barnabae epi. c. 9 p. 23, 7 sq. respexisse videtur in Psychomachiae praefatione v. 56—58:

Nos esse large vernularum divites,
si, quid trecenti bis novenis additis
possint, figura noverimus mystica.

Barnabae epistulam etiam saeculo VI. Novi Testamenti libris additam esse, codex Sinaiticus testatur, ubi post Ioannis apocalypsin Barnabae epistula legitur, post quam Petri apocalypsis olim exstitisse videtur, denique Hermae Pastoris magna pars servata est.

quo apud Eusebium (HE. I, 12, 3) οἱ φερόμενοι τοῦ σωτῆρος ἀδελφοὶ idem valent atque ὁ λεγόμενος ἀδελφός (HE. II, 1, 2). cf. etiam quae in libro: Der Kanon und die Kritik d. N. T. Hal. 1863 p. 235 disserui, et Harnack l. l.

1) addo, Gregorium Nyssenum (l. l. c. 16 p. 322) etiam Clementis Rom. epi. I, c. 53 p. 59, 1—3 usum scripsisse: Μωϋσῆς· Ἔασόν με ἐξαλεῖψαι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ δώσω σοι ἔθος μέγα καὶ πολὺ μᾶλλον τούτου, cf. Exod. XXXII, 31. 33.

2) Harnack l. l. p. XXXII not. 10: Valde erraverunt, qui Hieronymi ad Laetam verbis nixi ('apocrypha sciat non eorum esse, quorum titulis praenotantur') opinati sunt, Hieronymum authentiam epistulae Barnabae addubitasse; immo ex loco De vir. ill. 6 omni iure concludi potest, Hieronymum Eusebii scrupulos, si quos Caesariensis habuit, non excepisse. et recte quidem Hefele (PP. A. Opp. ed. IV. p. XI sq.): „Apocryphi libri tum ii vocantur [scil. ab Hieronymo], qui authentici quidem, sed ab auctoritate canonica remoti, et in S. S. canone non repositi sunt; tum ii, qui non sunt eorum, quorum titulis praenotantur (ψευδεπίγραφα). Hieronymum priori sensu Barnabae epistulam apocrypham appellasse patet."

Ioannem Philoponum saeculo VI. ineunte Barnabae epistulam non solum genuinam habuisse, sed etiam cum Origene epistulis catholicis adnumerasse, primus vidit O. de Gebhardt (l. l. p. XXVII sq.), qui ex veterrimo codice Bibliothecae Vindobonensis (codd. Gr. CCCII fol. 254b) haec retulit: *Ἰστέον δέ, ὅτι ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἑρμηνείαν ἀνευρόντες ἔν τινι Φιλοπόνου τινὸς ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐπιστολαῖς καὶ Βαρνάβα ἐπιστολῆς εὕρομεν ἑρμηνείαν. διὸ σημειωτέον, ὅτι καὶ Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος ἐπιστολὴν ἐποίησεν*[1], *ἧς αἱ ἑρμηνεῖαι τῶν ὀνομάτων αὗται· Δαυίδ, πεποθημένος ἢ ἱκανὸς χειρί* (cf. Barnabae epi. c. 10 p. 27, 6 c. 12 p. 34, 2)· *Εὔα, ζωὴ ἢ λύπη* (cf. Barnabae epi. c. 12 p. 27, 6)· *Ἐφραΐμ, καρποφορῶν, παρεύχων* (cf. Barnabae epi. c. 13 p. 35, 4. 9)· *Μανασσῆς, ἐπιλελησμένος* (cf. Barnabae epi. c. 13 p. 35, 5. 11)· *Σιών, σκοπευτήριον, σκοπιά* (cf. Barnabae epi. c. 6 p. 14, 5)· *Σινά, μέτρον ἢ ἐντολὴ ἢ ἔνταλμα ἢ πρόσταγμα* (cf. Barnabae epi. c. 11 p. 29, 3). reliqua desiderantur.

Anastasii Sinaitae (qui mortuus est a. 599) Quaestionibus et responsionibus in codicibus additur catalogus *περὶ τῶν ξ' βιβλίων καὶ ὅσα τούτων ἐκτός*, cuius editiones recensui in libro meo: Einleitung in d. N. T. p. 139 not. 2. ibi inter apocrypha Novi Testamenti ponitur *Βαρνάβα ἐπιστολή*. Nicephorus Constantinopolitanus, qui mortuus est a. 828, in illa antiquiore stichometria, quam edidit, etiam Novi Testamenti *ἀντιλεγόμενα* tradidit. ibi tertio loco legitur: *Βαρνάβα ἐπιστολή, στίχοι ,ατξ'* (MCCCLX, secundum Anastasii bibliothecarii versionem latinam: versus MCCCVI).

Constitutionum apostolicarum octateuchus, cuius testis est Maximus Confessor saeculo VII, continet Barnabae epistulae c. 18—20 plurima, etiam talia, quae in libro „Duae viae" etc. non leguntur.

Barnabae igitur epistulae magna auctoritas fuit, quae non a solis orientalibus Christianis ipsis Novi Testamenti libris adnumerabatur. ante Eusebium Caesariensem nemo motus est, qui de Barnaba auctore dubitaverit, post Eusebium Barnabae epistula paullatim inter antilegomena melioris quidem notae neque aperte spuria posita est. quae vero Barnabas de moribus christianis egregie docuit (c. 18—21) libello ‚Duae viae' et Constitutionum apostolicarum libro VII. magna ex parte servata sunt.

Barnabae etiam sententiae laudantur, quae in hac epistula non reperiuntur. Ioan. Ern. Grabe in Spicilegio SS. Patrum ut et haereticorum, seculi Chr. n. I. II et III. Tom. I. ed. II. Oxon. 1700 p. 302 sp. e codice Barocc. 39[2]) edidit.

Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος ἔφη· Ἐν ἁμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, ὅτι ἐπέρχεται[3]) *πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας.*

Grabe adnotavit: „Dicerem petitum esse ex Didascalia Barnabae, si qua exstitisset, sed cum Clementis quidem ut et Ignatii et Polycarpi *διδαχῆς* mentio

1) Harnack notavit, ipsam epistulae Barnabae notitiam Coll. interpr. vocc. Hebr. bibl., qui Philoponi verba transscripsit, prorsus iam fugisse.

2) hic codex continet collectionem sententiarum ex sacris et profanis scriptoribus iuxta ordinem alphabeti coeptam, sed non ad finem perductam. atque inter auctores, quorum nomina a B incipiunt, unicum hoc Barnabae dictum reperitur, non tamen additur, unde depromptum.

3) Grabe vertit: abit. itaque Harnack l. l. p. XXX, n. 19 typographi errorem suspicatus coniecit: *ἀπέρχεται*.

hic illic fiat, nulla autem in aliquo Auctore vel Indiculo Apocryphorum Scripturarum occurrat *διδαχὴ* Barnabae, hinc modo recitatam sententiam desumptam coniicio ex Evangelio secundum Barnabam, quod memoratur in Decreto Gelasii [cf. librum meum: Einleitung in d. N. T. p. 135 not. 1] et in Indiculo Scripturarum, quem ex Cod. 1789 Regis Galliae descriptum exhibuit Cotelerius Annotat. I. ad Constitutiones apostolicas" [cf. libri mei laudati p. 140]. etiam *Περίοδοι καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου* (in Tischendorfi Actis apocryphis p. 64—74) illam sententiam non praebent.

miratus sum, quod nemo animadvertit, etiam Gregorium Nazianzenum Barnabae sententiam laudare, quae in Barnabae epistula non reperitur. Orat. XLIII, 32 ed. Benedict. Tom. I. Paris. 1840 p. 796 A: *γίνεται τοῖς μὲν τεῖχος ὀχυρὸν καὶ χαράκωμα* (Ier. I, 18), *ἢ πῦρ ἐν ἀκάνθαις* (Ps. CXVII, 12), *ὅ φησιν ἡ θεία γραφή, ῥᾳδίως ἀναλίσκον τοὺς φρυγανώδεις καὶ ὑβριστὰς τῆς θεότητος. εἰ δέ τι καὶ Βαρνάβας, ὁ ταῦτα λέγων καὶ γράφων Παύλῳ συνηγωνίσατο, Παύλῳ χάρις τῷ προελομένῳ καὶ συνεργὸν ποιησαμένῳ τοῦ ἀγωνίσματος.* vix sufficit Barn. epi. c. 7 p. 19, 4. 5 *τὸ φρύγανον τὸ λεγόμενον ῥαχή.*

illae sententiae aut e proprio aliquo libro Barnabae nomine ornato, aut e libro, ubi Barnabas loquens inductus est, haustae sunt.

Barnabae illa, priora certe, hausta esse coniicio ex illo libro, quam nonnunquam in ipsum canonem receptum esse scimus: *πράξεις Παύλου*, cf. huius operis fasc. IV. p. 68 sq. et librum meum: Einleitung in d. N. T. p. 156.

III. DE BARNABAE EPISTULAE ORIGINE ET INDOLE.

Barnabas erat *Λευίτης, Κύπριος τῷ γένει* (Act. IV, 36). eum hanc epistulam scripsisse post Eusebium Caesariensem Iacobus Usher in praemonitione dubitavit, quamvis eam non longe post Barnabae ipsius tempora exaratam fuisse concesserit. etiam Hugo Menardus (l. l. p. 75) post veterum scriptorum testimonia collecta hanc sententiam dedit: „Hi sunt veteres auctores, qui de hac epistola scripserunt aut meminerunt. quae quidem iure inter scripturas apocryphas a citatis auctoribus commemoratur, quia, an Barnabae sit, incertum est, tum quia in ea quaedam reperiuntur, quae difficultate minime carent, siquidem nonnullae sunt in ea salebrae, ad quas minus cauti offendere possint, quas tamen pro modulo explanavi, non eo quidem animo, quasi vellem eam ab omni naevo pertinacius excusare." Isaacus Voss quidem (l. l. p. 308 sq.) Barnabae epistulam esse defendit, neque (l. l. p. 317 sq.) eam, ut A. Harnack (l. l. p. XXXIV sq.) retulit, ab interpolatore corruptam esse censuit. nam nihil praeter ea, quae in codice b addita sunt c. 12 p. 31, 1, interpolatum esse monuit. sed etiam I. B. Cotelier (Patr. app. I, 6) eo inclinavit, ut epistolam apostoli non esse censeret. Andreas Gallandi (Biblioth. I. p. XXIX sq.), Barnabam hanc epistulam scripsisse contendit. sed paucis viris doctis haec sententia placuit.

non defuerunt, qui epistulae partem Barnabae servare vellent, quasi cetera ab interpolatore addita essent. Dan. Schenkel (Ueber den Brief des Barnabas in: Theol. Stud. u. Krit. 1837. III. p. 652—686) epistulae c. 1—6. 13. 14 ab ipso Barnaba conscripta, cetera (c. 7—12. 15—21) a Therapeuta aliquo addita esse contendit. quam sententiam post virum clarissimum I. C. Hefele (Theol. Quartalschrift 1839. I. p. 60 sq., Sendschreiben d. Ap. Barn., Tubing. 1840 p. 196 sq.) etiam ego impugnavi (App. VV. p. 30 sq.). eandem vero sententiam, quamvis a plerisque viris doctis reiectam, nuperrime mutatam repetiit Car.

Heydecke in ‚Dissertatione, qua Barnabae epistola interpolata demonstratur', Brunsvigae 1874. genuinam epistulam, quam Barnabas ipse, Iudaeus genere, a. 70 vel 71 Iudaeis christianis scripserit, contineri c. 1—3. 13—16. 4. 17. itaque Heydeckio persuasum est, „hanc epistolam, quum sit digna, quae in canonem librorum novi testamenti recipiatur, receptam fuisse, si non interpolata fuisset" (p. 79). nam reliqua Christianum e gentilibus ortum gentilibus fidelibus Adriano imperante (a. 119—122) addidisse, transposito c. 4 (ubi Heydecke l. l. p. 16 sq. primus vidit, rectum ordinem turbatum esse), et nonnullis etiam in genuina parte adiectis vel mutatis. sed Barnabae epistulam neque omnino neque hac ratione discindendam esse, praeter me (Zeitschr. f. w. Th. 1875. IV. p. 508 sq.) etiam R. A. Lipsius (Jenaer Literaturzeitung 1875, nr. 38 p. 491 sq.) et A. Harnack (l. l. p. XXXVI sq.) monuerunt[1]). epistulae ultimam partem (c. 18—21) quam latinus interpres non vertit, Steph. le Moyne (l. l. II, p. 929) ab alio scriptore, I. G. Mueller (l. l. p. 344 sq.) ab eodem scriptore postea additam esse censuerunt. sed iam ab initio altera epistulae pars indicta est. nam lectores non tantum monentur, ne causam suam cum Iudaeis communicent, sed etiam ut opera iniquitatis vel gentilium mores fugiant.

Barnabae Epistula unum eundemque auctorem, non Iudaeum, sed gentilem genere et lectores eiusdem generis prodit. lectores, quos scriptor iam viva voce docuerat, etiam litteris docere voluit, ut cum fide etiam scientiam perfectam haberent (c. 11). ab initio lectores in iniquis temporibus versantes monentur, ut domini constitutiones inquirant. fides christiana maximis auxiliis adiuta non eget sacrificiis iudaicae legis, iam nova lege Christi patefacta, quae sine iugo necessitatis est. etiam verum ieiunium vitae iustitia agitur. omnia deus Christianis (ut hoc nomine utar, quamvis in hac epistula non reperiatur) praedixit, ne, ut proselyti, Iudaeorum lege caperentur. iidem monentur, ne testamentum divinum Christianis cum Iudaeis commune esse dicant (c. 2. 4 usque ad p. 9, 3). quae omnia Christianorum causam cum Iudaeis non esse communicandam docent. lectores vero non tantum monendi erant, ne in Iudaismum delaberentur, sed etiam, ne gentilium moribus corrumperentur. opera iniquitatis fugienda sunt. nam perfectum scandalum (Antichristi) iam instat. in his igitur novissimis diebus, ut decet filios dei, futuris scandalis resistendum est. fugienda sunt omnia mala opera. lectores etiam monentur, ne, tamquam iam iustificati (fide christiana), a societate christiana recedant. omnes mandata divina custodire contendant, ne peccatis addormientes a regno divino detrudantur. exemplum sit fortuna Israelis iam in externis quoque rebus a deo derelicti (c. 4 p. 9, 4—11, 9). hoc igitur epistulae introitu duplex admonitio indicatur: primo ne Christiani causam suam cum Iudaeis communicent, tum ne gentilium opera iniqua exerceant.

illa admonitio maiore epistulae parte absolvitur (c. 5—17). ne Christiani Iudaeorum religioni se adiungant, scriptor primo (c. 5, 6) docet, Christi morte peccatorum remissionem fidelibus paratam esse. Christus morte sua novum populum sibi paravit, Iudaeorum vero peccata consummavit. Christianos spiritu innovatos, non Iudaeos in terram bonam fluentem lacte et melle induxit. quum igitur propter Christianos filius dei passus sit, scriptor iam huius mysterii

1) etiam hoc vix quemquam offendere potest, quod ea quae c. 4 p. 8, 11 sq. iam exposita sunt, simili ratione repetuntur c. 14 p. 36, 5 q. nam scriptoris plurimum interfuit, ne Christianorum divinum testamentum cum Iudaeis commune existimaretur. postquam c. 4 iam demonstravit, testamentum divinum Iudaeis traditum non esse, c. 14 addidit, Christianis traditum esse.

praefigurationem in praeteritis, id est in Iudaeorum sacris, spiritualiter intellectis, ostendit. Christum passum et gloriose rediturum duo hirci in die expiationis praefiguraverunt (c. 7), Christum passum etiam vacca a peccatoribus oblata (c. 8). quae omnia Iudaeis obscura manserunt nondum corde circumcisis. nam ipsa circumcisio, quam Abraham instituit, iam familiarium numero *τιή* Christi crucem significavit (c. 9). spiritualem legis Mosaicae sensum etiam praecepta de cibis docent, quae Christiani soli, cordibus circumcisi, intellegunt (c. 10). etiam aquae et crucis salutaris praefigurationes Vetus Testamentum praebuit (c. 11. 12). Christianorum, non Iudaeorum populus testamenti divini heres est (c. 13), quod Iudaeis non traditum Christiani per ipsum heredem acceperunt (c. 14). neque Iudaeorum sabbata deo accepta sunt, quum verum dei sabbatum etiam nunc exspectandum sit (c. 15). templum autem Iudaeorum iam deletum verum dei templum non fuit, quod gentilium fidelium societate aedificatur (c. 16). omnibus expositis praeterita vel Iudaeorum sacra scriptor sibi iam satis illustrasse videtur. praesentia vel futura praetermisit, quae nimium abscondita esse censuit (c. 17).

itaque altera epistulae parte (c. 18—21) duae viae, altera lucis, altera tenebrarum, ostenduntur, ut lectores illam, quae Christianos decet, eligant, hanc vitent vel sanctis moribus a gentilibus differant.

V. 12. 13. sic non aperuit os suum (LXX) L, om. Gr. — 14. et sapientes fecit L, *καὶ ἐν τοῖς ἐνεστῶσιν ἡμᾶς ἐσόφισε* Gr. — de futuris non sumus emend. Men., Voss. etc., defuturus non simus. sumus C. — 16. peribit Voss. (marg.) — viae (*ὁδοῦ*) emend. Ox., Gh., viam C et ceteri edd. — 17. continet. Hg^{2}., Gh., priores post ‚adhuc‘ punctum posuerunt. — 19. deus (*ὁ θεὸς*) emend. Gh., die C et edd. priores. — 20. ergo supra lineam add. C. — 25. populum L, *τὸν λαὸν τὸν καινὸν* Gr. — parans L, *ἑτοιμάζων ἐπιδείξῃ* Gr. — resurrectione edd., resurrectionem C. — 26. indicabit edd., iudicabat C Voss. (marg.) — illis (*αὐτοῖς* pro *αὐτὸς*?) C et edd. plerique, illos Ox., Gh., ille coniecit Cot., ipse Hg$^{1\,2}$. fort. leg.: illic. — ad finem docens (*πέρας γέ τοι διδάσκων*) emend. Cot. Hg., Gh., ad vitam ducens C et edd. plerique (docens Voss. in marg.).

stolos suos, qui incipiebant praedicare evangelium suum, elegit,
qui erant super omne peccatum peccatores, ut ostenderet, quia
„non venit vocare iustos, sed peccatores“. tunc ostendit se esse
filium dei. si enim non venisset in carne, quomodo possent ho- Mt. IX, 13.
mines sanari, cum respicientes solem, qui est opus manus dei,
non possint radios eius diutius intueri? filius ergo dei ideo in
carne venit, ut consummationem peccatorum definiret eis, qui
persecuti sunt ad mortem prophetas illius. dicit autem Esaias:
„Plaga corporis illius omnes sanati sumnes“, et alius propheta:
„Feriam pastorem, et dispargentur oves gregis“. ipse autem voluit Ies. LIII, 5.
sic pati. dicit enim qui prophetat de illo: „Parce animae meae Zach. XIII, 7.
a gladio“, et: „Confige clavis carnes meas, quia nequissi-
morum conventus insurrexerunt in me“. et iterum dicit: „Ecce Ps. XXI, 21. CXVIII, 120.
posui dorsum meum ad flagella et maxillas meas ad palmas, XXI, 17.
faciem autem meam posui tamquam solidam petram“. VI. Cum Ies. L, 6. 7.
autem fecit dei praeceptum, quid dicit? „Quis est qui contra-
dicit? resistat mihi. quis aequalis futurus est mihi? propinquet Ies. L, 8. 9.
puero dei. vae vobis, quia vos omnes veterescitis tamquam ve-
stimentum, et tinea devorabit vos“. iterum dicit propheta: Tam-
quam lapis expositus est in adflictione. ecce mittam in funda-
menta Sion lapidem pretiosum, electum“. et quid dicit? „Et qui Ies. XXVIII, 16.
crediderit in illum non confundetur“. in lapide ergo fides nostra?
absit. sed quia in fortitudine posuit corpus illius. dixit iterum
propheta: „Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus
est in caput anguli. hic est dies, quem fecit dominus“. quid ergo Ps. CXVII, 22. 24.
dicit? „Circumvenerunt me conventus nequissimorum, vallaverunt
me tamquam apes“. et iterum dixit: „Super vestem meam sortes Ps. XXI, 17. CXVII, 12.
miserunt“. in carne ergo incipiente illo venire, ante ostensa sunt Ps. XXI, 19.
quae passurus erat. dicit ergo propheta ad Iudaeos: „Vae animae
iniquorum, qui dicunt inter se: Circumveniamus iustum, quia Ies. III, 9. 10.
insuavis est nobis“. et Moyses autem dicit ad illos: „Haec dicit
dominus deus: Intrate in terram bonam, quam promisit dominus Ex. XXXIII, 1. 3.

VI. 11. dispargentur C Hg²., Gh., dispergentur edd. priores. — 14. insurrexerunt edd., insurrexerit C. — 18. veterescitis C (cf. Roensch. It. u. Vulg. p. 179), Hg²., Gh., veterascitis edd. priores. — 20. adflictione C Hg²., Gh., adflictionem edd. priores. — 21. quid (τί) Voss., Hg¹., Gh., al., qui C. — 29. passurus corr. ex: passuris C. — 30. qui C et edd., quia coni. Voss. al. — quia (ὅτι) emend. Men. al. Hg., qui C Gh.

Abrahae, Isaac et Iacob, et domini estote illius terrae, quae trahit lac et mel". quid dicat scientia, discite. credite, inquit, in eum, qui in carne apparebit, Iesum. homo enim terra est, cum ex terra sit figmentum Adae. quid ergo dicit? „In terram bonam fluentem lac et mel" et: „Benedictus dominus, qui sapientiam et sensum posuit in nobis absconditorum suorum". dicit autem et per prophetas parabolam dominus. quis intelleget, nisi sapiens et diligens dominum suum? quia ergo, cum nos innovavit in remissionem peccatorum, fecit nos aliam figuram tamquam pueros habere, ut spiritu figuraret
Gen. I, 26. nos. nos enim, sicut dicit scriptura: „Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et supersit bestiis terrae et avibus caeli et piscibus maris". et dominus videns bonam
Gen. I, 28. figuram nostram dixit: „Crescite et multiplicamini et replete terram". iterum vobis ostendam, quomodo nobis dicit. secundam figuram in novissimis fecit. dicit dominus: „Ecce facio novissima tamquam priora". propter hoc ergo praedicavit propheta: „Intrate in terram, quae trahit lac et mel, et dominamini eius". quia ipse incipiebat apparere et in nobis habitare. templum enim do-
Ps. XLI, 3. mini inhabitatio cordis nostri est. dicit ergo iterum: „Et quomodo
Ps. XXI, 23. apparebo deo domino meo et magnificabor?" inquit: „Confitebor in ecclesia fratrum meorum et decantabo tibi in ecclesia sanctorum". nos ergo sumus, quos induxit in terram bonam. quid ergo lac et mel? quia ab initio infans melle et lacte vivificatur. sic et per fidem promissionis, verbo dum adnutrimur, sic vivificamur, dominatum agentes terrae. quis est, qui possit modo esse super bestias, aut super aves, aut super pisces? sentire debetis, quia superesse potestatis est, ut quis inperans dominus sit.

VI. 2. scientia C et edd. plerique, sapientia mendose Hg^2. — 3. Iesum edd., hu C. — 5. et C et edd. plerique, est Hg^2., „Interpres vocem ‚et' interponens videtur ea quae sequuntur pro S. scripturae textu laudasse. fort. Prov. III, 53 aut Ps. CXVIII, 12" Ox. — qui (cf. Gr.) emendavi, quia C et edd. — 6. et per C Hg^2., Gh., per edd. priores. — 7. dominus C et edd., *κυρίου* Gr. — 8. innovavit (*ἀνακαινίσας*) emendavi, cognovit C Gh. et plerique edd., recognovit coniecit Men., renovavit Hg^2. — 12. caeli cod. (etiam alibi). — 13. multiplicamini et replete edd., multiplicate et replemini C. — 14. nobis (*πρὸς ἡμᾶς*) Hg., Gh., al., vobis C et nonnulli edd. (Voss. al.). — 15. fecit. dicit (*ἐποίησε. λέγει δὲ*) Gh., dicit C et edd. priores, fecit Hg., om. Ox. (sed l. 14: nobis fecit secundam). — 17. dominabimini mendose Hg^2. — 20. domino deo mendose Hg^1. — 23. melle edd., mel C. — 24. sic et (*οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς*) Hg^2., Gh., sicut C et edd. plerique, sic et nos Men. — 27. inperans C Gh., imperans edd. priores. — dominus sit (*κυριεύσῃ*) iam Voss. et plerique edd., domino sit C.

VII. Intelligite ergo, filii dilecti, quia omnia bonus dominus ostendit nobis, ut sciremus, cui per omnia gratias agere debeamus. si ergo filius dei, cum sit dominus, qui incipiet iudicare vivos et mortuos, passus est, ut plaga illius vivificaret nos: credamus, quia filius non poterat pati nisi propter nos. sed et potatur aceto et Mt. XXVII, 34. 48. felle. audite, quemadmodum de hoc significaverint sacerdotes templi. inscripta lege praecepti, ut si quis non ieiunaret ieiunium, morte moreretur, praecepit dominus, quia ipse pro peccatis nostris Lev. XXIII, 29. incipiebat vas spiritus sui offerre hostiam, ut et figuram, quae fuerat sub Isaac, qui oblatus est ad aram, consummaret. quid dicit propheta? „Et manducent de hirco, quem oblaturi sunt ad ieiunium pro omnibus peccatis“. adtendite diligenter: „Et manducent sacerdotes soli intestinum non lotum cum aceto“. ad quid? quoniam me pro peccatis populi mei incipientem offere corpus meum potabitis acetum cum felle, manducate vos soli, populo ieiunante, et plangite vos in cilicio et cinere. et ut ostenderet, quia ab illis debet pati, sic praecepit: „Sumite hircos duos bonos Lev. XVI, 7 sq. similes et offerte, et accipiant sacerdotes unum holocaustum pro peccatis, alium autem in maledictione“. adtendite quomodo figura Iesu ostendebatur. „Expuite in illum“, inquit, „omnes et pungite et inponite lanam coccineam circa caput illius, et sic in aram ponatur. et cum ita factum fuerit, adducite, qui ferat hircum in eremum, et auferat et ponat lanam in stirpem quae dicitur rubus, cuius et fructus in agris adsuemus invenientes manducare. huius stirpis dulces fructus inveniuntur. ad quid ergo hoc? adtendite: 'Unum

VII. 1. Intelligite C (hoc loco) et edd. plerique. — fili C. — 2. cui Voss. ad. marg., Hg., Gh., al., cum C. — 5. et potatur C Men. Voss. al. Hg^{2}., Gh., et cruci affixus potatur edd. nonnulli, etiam Hg^{1}. — 10. quid Voss. et plerique edd., qui C. — 11. hirco edd., hyrco C. — 13. cum aceto C et edd. plerique, cum acetum (quasi e C) Hg^{2}. — 15. acetum C Gh., aceto edd. priores. — 16. plangite vos (*κοπτόμενοι* pro *κοπτομένου*) C Voss. (text.) Hg^{2}., Gh., al., plangente coniecerunt Men., Voss., Hg^{1}., al. — 17. sic L, *πῶς οὖν* Gr. — hircos edd., hyrcos C. — 19. maledictione C Gh., maledictionem edd. priores. — 20. expuite C Voss., Gh., al., exspuite edd. plerique. — 21. inponite C Gh., imponite edd. — aram (*ἔρημον*) C et edd. plerique, eremum Ox. al. Hg. sed Gh. monuit: „quod si int. scripsisset, certo pro *ponatur* dedisset *mittatur* (*βληθήτω*).“ — 22. adducite C et plerique edd., adducit (*ἄγει*) emend. Ox., adducat Hg^{2}., Gh. — qui ferat (*ὁ βαστάζων*) C et plerique edd., Hg^{2}., Gh., qui fert emend. Ox. — hircum edd., hyrcum C. — 23. auferat (*ἀφαιρεῖ τὸ ἔριον καὶ ἐπιτίθησιν*) C, auferat lanam Cler. et plerique edd., etiam Hg^{2}., Gh. — lanam (cf. Gr.) emendavi, illam C et edd. priores. — stirpem edd., styrpem C. — 24. adsuevimus (adsuemus?) emend. Hg., Gh., adsumus C.

ad aram, alium tamquam maledictum. et quare is qui maledictus coronatus? quia videbunt illum tunc in illa die clamidem habentem coccineam circa corpus et dicent: „Nonne hic est, quem nos crucifiximus fastidientes et conspuentes et conpungentes? vere hic fuit, qui tunc se dicebat esse filium dei". sicut ergo similis, sic similes hircos et aequales, ut cum viderint unum ex illis tunc praesentem, admirentur in similitudinem capri. ergo videtis figuram eius, qui passurus erat, Iesu. quare et lanam in medio spinarum ponunt? figura Iesu ecclesiae posita, quia qui voluerit tollere lanam coccineam, oportet illum multa pati propter spinae nequitiam et coartatum sic dominari illius. sic, inquit, qui volunt me videre et adtingere regnum meum, debent conpressi et multa passi accipere.

Num. XIX, 2 sq. VIII. Quam autem figuram putatis esse, quia praeceptum est populo Iudaeorum offerre vaccam homines, in quibus peccata consummata sunt, et occisam comburere, et tollere tunc cinerem pueros et mittere in vasa fictilia et suspendere in ligno lanam coccineam et hysopum, et sic spargere pueros circa singulas turbas populi, ut sanctificentur a peccatis? videte ergo, quomodo in simplitudine dicat vobis. vacca erat Iesus; qui offerebant homines peccatores, hi qui obtulerunt illum ad victimam. qui sparserunt pueri, hi erant qui nuntiaverunt nobis remissionem peccatorum et castitatem praecordiae nostrae, quibus dedit evangelii potestatem, qui sunt duodecim in testimonium tribuum, quia duodecim sunt tribus Iudaeorum. quare ergo et lana in ligno est? quia qui crediderit in illum, vivet in perpetuum. quare in unum lanam et

VII. 1. quare edd., quarei C. — 2. clamidem C Gh, chlamydem edd. priores. — 4. compungentes edd. priores. — 5. sicut ergo similis L, πῶς γὰρ ὅμοιος ἐκείνῳ; Gr. — 6. hircos edd., hyrcos C. — 7. praesentem (ἐρχόμενον) emendavi, pascentem C et plerique edd., etiam Hg^{1}., Gh., patescentem emend. Cot. al. Hg^{2}. — similitudinem C Hg^{2}., Gh., similitudine edd. priores. — 8. Iesu (Ἰησοῦ) edd. plerique, ih̄: C Ihesus Hg^{2}., admirante Gebh.! — 9. Iesu edd., ih̄s C. — ecclesiae (τῇ ἐκκλησίᾳ) edd., ecclesia C. — 10. nequitiam C et edd. plerique, malitiam Hg^{1}. — 12. adtingere C Voss. al. Gh., attingere edd. recentiores, etiam Hg. — conpressi C Gh., compressi edd. priores. — passi (παθόντες) edd., pati C.

VIII. 14. offere mendose Hg^{1}. — 15. sunt (εἰσὶν) edd. plerique, sint C Gh. — 17. hysopum C Gh., hyssopum edd. priores. — 19. simplitudine (ἁπλότητι) emend. Ox., Hg^{2}., al., similitudine C et edd. plerique. — vobis (ὑμῖν) C Hg^{2}., Gh., nobis edd. priores. — 20. hii C (saepius). — illum C Hg^{2}., Gh., eum edd. priores. — 22. praecordie nostrae C, praecordiae nostrae Hg^{2}., Gh., praecordii nostri edd. priores. — 23. in (εἰς) add. Ox., Hg^{2}., Gh., om. edd. priores. — 25. vivet (ζήσονται) edd., vivit C.

hysopum? quia in regno illius dies erunt nequissimi et sordidi, quibus nos sanabimur. et propter hoc, dum sic fiunt, nobis lucida, illis autem obscura, quia non audierunt vocem domini.

IX. Dixit autem de auribus, quomodo circumcidat aures praecordiae nostrae. dixit per prophetam: „Auditu auris exaudivit [Ps. XVII, 45.] me“. et iterum: „Auditione audient qui longe sunt, et quae feci [Ies. XXXIII, 13.] scient“. circumcidite, inquit dominus, aures vestras. et iterum dicit „Audi, Israel, quia haec dicit dominus deus tuus“. et iterum spiritus [Ier. VII, 2. 3.] domini prophetat: „Quia qui vult vivere in perpetuum auditione [Ps. XXXIII, 13.] audiat vocem pueri mei“. et iterum dicit: „Audi, caelum, et per- [Ies. I. 2.] cipe auribus, terra, quia dominus locutus est“. et iterum dicit: „Audite verbum domini, principes populi huius“. et iterum: „Au- [Ies. I, 10.] [Ies. XL, 3.] dite vocem clamoris in eremo“. ergo circumcidit aures nostras, ut audito verbo credamus. circumcisionem autem dixit non corporis. sed praeterierunt, quia angelus nequam docebat illos. dicit autem ad illos: „Haec dicit dominus deus vester (hic invenio [Ier. IV, 3. 4.] novam legem): Vae illis, qui seminant in spinis. circumcidite vos domino vestro (hoc est: audite dominum vestrum) et circumcidite nequitiam de praecordiis vestris“. dicit autem iterum: „Ecce, [Ier. IX, 25. 26.] dicit dominus, omnes nationes sine circumcisione corporis sunt, hic autem populus sine circumcisione cordis est“. sed etiam cum circumcisus est populus in signo. sed et Iudaeus et Arabs et omnes sacerdotes idolorum et Aegyptii. ergo et hi de testamento sunt, quos dicit filios Abrahae de omnibus gentibus. quia Abraham primus circumcisionem dedit in spiritu, quod prospiciebat in Iesum. circumcidit de domo sua homines trecentos XVIII. quia [Gen. XVII, 23 sq. cf. XIV, 14.] primatum CCC sunt, et distinctione facta dicit X et VIII. habes

VIII. 1. hysopum C Gh., hyssopum edd. priores. — 2. sanabimur C et edd., σωθησόμεθα Gr.

IX. 5. precordie nostrae C, praecordiae nostrae Hg²., Gh., praecordii nostri edd. priores. — 6. Auditione (ἀκοῇ) edd. plerique, auditionem C Hg². — qui (οἱ) edd., que C. — feci (ἐποίησα) emend. Voss., Hg²., Gh., al., faciet C et nonnulli edd. — 9. Quia (Τίς) C et edd. plerique, Quis coniecit Cot., Quis est Ox. — 12. et iterum C et edd. plerique, et iterum dicit Hg¹. — 13. clamoris C Hg²., Gh., clamantis edd. priores. — circumcidit (περιέτεμεν) Voss. et plerique edd., circumcidite C. — nostras (ἡμῶν) C (super n scripta littera l. v, ut sit: vestras) et edd. — 15. docebat (ἐσόφιζεν) C et edd. plerique, decipiebat Ox. — 19. dicit C et edd. plerique, dixit Hg². — 21 cum C Hg²., Gh., om. edd. priores. — 22. signo C et edd. plerique, signum Voss. (marg.) Hg¹. al. — 26. trecentos XVIII C Gh., trecentos octodecim edd. priores. — 27. primatum C et edd. plerique, primo XVIII, tum (cf. Gr.) Ox., Gh. — CCC scripsi, trecenti C et edd. — X et VIII C Voss., Gh., decem et octo edd. plerique.

in duabus litteris Iesum, in quibus incipiebat habere donum. tunc dicit et CCC. habes in una littera Tau crucem. scitote quia naturale donum doctrinae suae posuit in nobis. nemo aptius didicit a me verbum, sed scio quia digni estis.

Lev. XI. Deut. XIV. X. Quare autem Moyses dicit: „Non manducabis porcinam, nec aquilam nec accipitrem nec corvum, nec omnem piscem, qui non habet in se squamam?“ tres accepit Moyses in conscientia
Deut. IV, sq. sua constitutiones. ad summam dicit illis in secunda lege: „Et disponam ad populum hunc aequitates meas.“ ergo non est mandatum dei ne manducent, sed Moyses in figura locutus est illis. porcinam ergo ad hoc dixit: non eris coniunctus hominibus talibus, qui cum luxuriant obliviscuntur dominum suum. porcus enim cum manducat, dominum non novit; cum esurit, tunc clamat, et cum accepit, iterum tacet. „nec manducabis“, inquit, „aquilam aut accipitrem aut corvum.“ hoc dicit: non adiunges te nec similabis talibus hominibus, qui nesciunt per laborem et sudorem sibi adquirere escam, sed rapiunt alienam per suam iniquitatem et observant quasi in simplicitate ambulantes quem dispolient, sicut aves istae solae sibi non adquirentes escam, sed pigrae sedentes quaerunt, quomodo alienas carnes devorent, cum sint pestilentiosae per suam nequitiam. „non manducabis“, inquit, „muraenam nec polypum nec sepiam.“ non, inquit, similabis adhaerens talibus hominibus, qui in perpetuo impii et iudicati iam morti sunt. hi enim pisces soli maledicti sunt, non natantes, sicut reliqui, sed in ima altitudinis terra inhabitant. sed „nec leporem manducabis“. ut quid dicit? non eris, inquit, corruptor puerorum nec similabis talibus. quia lepus singulis annis facit ad adsellan-

IX. 2. CCC scripsi, trecentos C et edd. — tau C Voss., Gh., al., T edd. nonnulli (Hg.) — scitote quia C et edd. plerique (Gh.), scit hoc qui (οἶδεν ὁ) emend. Cot. Hg[2]., al., — 3. aptius emend. Ox., al., artius C.

X. 5. manducabis L, φάγεσθε Gr. — 6. qui (ὅς) edd., quia C. — 10. in figura L, ἐν πνεύματι Gr. — 11. porcinam edd., porcine C. — 15. hoc dicit L, φησί Gr. — 17. adquirere C Gh., acquirere edd. priores. — 17. alienam C et edd. plerique, aliena (ἀλλότρια) coniecit Cot. — 19. sicut (ὡς καί) emendavi, sic et C Gh., sic edd. priores. — adquirentes C Gh., acquirentes edd. priores. — 20. pigrae (ἀργ[illegible] edd., pigre C. — 21. muraenam ed[illegible] murenam C. — polypum edd., polip[illegible] C. — 23. morti (τῷ θανάτῳ) eme[illegible] Hg., Gh., mortui C et plerique e[illegible] — 25. in ima altitudinis terra (ἐν γῇ κάτω) edd., in ima altitudinis t[illegible] C. — 26. ut quid dicit C et pler[illegible] edd., dicit ut quid Ox. — p. 63, 1. a[illegible] C et plerique edd., annos (per erro[illegible] Hg[2].

dum singula foramina, et quotquot annis vivit, totidem foramina facit. „sed nec beluam“, inquit, „manducabis“. hoc est: non eris moecus aut adulter, nec corruptor, nec similabis talibus, quia haec bestia alternis annis mutat naturam et fit modo masculus modo femina. sed et quod dicit: „Mustelam odibis“, non eris, inquit, talis, qui audit iniquitatem et loquitur inmunditiam. non, inquit, adhaerebis inmundis, qui iniquitatem faciunt ore suo. de escis ergo Moyses, acceptis tribus constitutionibus, in spiritu sic locutus est. illi autem secundum concupiscentiam corporis, tamquam de escis diceret, sic perceperunt. accepit autem earum trium constitutionum scientiam David et dicit: „Beatus vir, qui [Ps. I, 1.] non abiit in consilio impiorum“ — sicut pisces eunt in tenebras — „nec in via peccatorum stetit“ — sicut qui videntur dominum timere et exerrant tamquam porcus — „nec in pestilentiae cathedra sedit“ — sicut aves quae sedent ad rapinam. habetis consummatim de escis. sed dixit Moyses: „Manducabis omne quod ruminat,“ [Lev. XI, 3. Deut. XIV, 6.] hoc est: qui esca accepta scit eum qui se pascit in se refrigerari. bene dicit, providens mandatum. quid ergo dicit? adhaerete eis, qui tenent distinctum sermonem in corde suo, et cum eis, qui locuntur aequitates domini, cum eis, qui sciunt, quia adsidua lectio utilis est. videte, quomodo spiritaliter legem constituit Moyses. sed unde illis haec intellegere? nos autem intellegentes mandata loquimur, sicut voluit dominus.

XI. Quaeramus, si curae fuerit domino ostendere de aqua et de cruce. de aqua scriptum est ad populum Iudaeorum, quomodo tinctionem, quae adfert remissionem peccatorum, non recipiant,

X. 2. beluam C Hg^2., Gh., belluam edd. priores. — 3. moecus C Gh., moechus edd. priores. — 5. odibis in C corr. ex. obidis. — 6. inmunditiam C Gh., immunditiam edd. priores. — 8. accepit (λαμβάνει) C Voss., al., accipit Cot. (marg.) Hg^1. — inquit L, om. Gr. — inmundis C Gh., immundis edd. priores. — qui (ταῖς) C et plerique edd., quae coniecerunt Cot. Hg^2., al. — iniquitatem faciunt C Hg^2., Gh., faciunt iniquitatem edd. priores. — 12. in tenebras (ἐν σκότει) C et edd. plerique, in tenebris Voss. (marg.) Ox. — 13. dominum (τὸν κύριον) add. Gh., om. C („verbo *videntur* in fine alterius, *timere* in initio alterius paginae posito“) et priores edd. — 14. tamquam C (secunda manu) et edd., sicut C (prima manu). — 15. consummatim (τελείως) Cot. (marg.) Hg. al., consummatam C Voss., Gh., al. — 16. dixit C Gh., dicit (λέγει) edd. priores. — manducabis C Gh., manducabitis edd. priores. — 19. locuntur C Hg^2., Gh., loquuntur edd. priores. — 20. aequitates edd., equitas C. — adsidua C Gh., assidua edd. priores. — 21. spiritaliter C Hg^2., Gh., spiritualiter edd. priores.

XI. 24. Quaeramus C Hg^2., Gh., Quaeramus ergo edd. priores.

Ier. II, 12. 13 sed sibi instituant. dicit ergo propheta sic: „Horruit caelum, et
in hoc plurimum expavit terra, quia duo mala fecit populus hic:
me derelinquerunt, fontem aquae vitae, et foderunt sibi lacus de-
Ies. XVI, 1. 2 tritos, qui non possunt aquam portare“. „Numquid petra eremosa
Ies. XLV, 2. 3 est mons sanctus meus Sina? eritis enim tamquam alites pusillis
ablatis“. et iterum dicit Esaias: „Ego antecedam te et montes
aequabo et ostia aerea contribulabo et seras ferreas confringam et
dabo tibi thesauros obscuros, invisos, ut sciant, quia ego sum
Ies. XXXIII, 16—18. dominus deus, inhabitans in altissima spelunca fortis petrae, et
aqua illius fidelis. regem cum magnitudine videbitis, et anima
Ps. I, 3—6. vestra meditabitur timorem“. et iterum David dicit: „Erit qui
haec facere coeperit tamquam lignum quod plantatum est iuxta tractus aquarum, quod fructum suum dabit tempore suo; et folia eius non decident. non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis, quem abicit ventus a facie terrae. propterea non resurgent impii in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum, quoniam scit deus viam iustorum, et via impiorum peribit.“ sentire autem debetis, quomodo aquam et crucem in uno dono constituit. hoc ergo dicit: Felices, qui speraverunt in aquam et in crucem. mercedem „in tempore suo“, tunc, inquit, reddam. modo autem quod dicit: „Folia illius non decident“, hoc est: quia omnis sermo, qui exierit per os vestrum, erit in spem et resurrectionem multis. et iterum alius propheta dicit: „Erat terra Iacob laudabilis super omnem terram“. vas spiritus illius magnificat. deinde quod dicit? „Erat flumen trahens a dextra, et ascendebant inde arbores speciosae, et qui-

XI. 3. derelinquerunt (cf. c. 4 p. 56, 3.) C Hg[2]., Gh., dereliquerunt edd. priores. — lacus edd., lacum C. — 4. petra eremosa (*πέτρα ἔρημος*) Ox., Hg., Gh., petre remiosa („ita lego, al. renuosa, pro quo: renudosa, ruinosa, arenosa, rimosa, coniecerunt“ Gh.) C. — 5. alites emend. Hg., Gh., aliis C, alitis Ox., Cot. — 5. 6. pusillis ablatis C et edd. plerique, pusilli ablati coniecit Cot. — 7. ostia aerea (*πύλας χαλκᾶς*) Voss. et plerique edd., hostia herea C. — seras (*μοχλοὺς*) Cot et. plerique edd., serras C Voss. al. — 14. decident C Hg[1]., Gh., decident, sed omnia quaecunque faciet prosperabuntur edd. priores. — 15. abicit (*ἐκρίπτει*) emendavi, abiecit C et edd., abiicit, coni. Cot., Hg[1]., al. — resurgent (*ἀναστήσονται*) coni. Cot., Hg[1]., al., resurgunt C et edd. — 17. deus L, *κύριος* Gr. — via corr. ex viam C. — sentire autem debetis L, *αἰσθάνεσθε* Gr. — 18. dono C et edd., loco coni. Ox., Hg[1]., — ergo L, *γὰρ* Gr. — 20. quod (*ὅ*) Hg., Gh., al., qui C Voss., al., delendum consuit Cot. — 23. Erat (*Καὶ ἦν*) emend. Cot., Hg., Erit C et plerique edd. — terra Iacob (*ἡ γῆ τοῦ Ἰακώβ*) emendavi, quum C bis dederit sequens voc. terram, Iacob C et edd. — terram (*τὴν γῆν*) emend. Hg[2]., Gh., terram terram C et edd. priores. — 24. quod (*τί*) C Hg[2]., Gh., quid edd. priores.

cunque ex illis manducaverit vivet in perpetuum.“ hoc est: quia nos descendimus in aquam pleni peccatis et sordibus et ascendimus fructibus pleni, in praecordiis nostris timorem et spem habentes in deum. ideo dicit: „Et qui manducaverit vivet in perpetuum.“

XII. Similiter et crucem significat in alio propheta dicente: 4 Esr. V, 5. „Et quando haec consummabuntur? et dixit dominus: Cum lignum inclinatum fuerit et resurrexerit, et cum de ligno sanguis stillaverit.“ habes iterum de cruce et de eo qui incipit crucifigi. dicit autem iterum in Moyse, cum pugnaret populus Iudaeorum, et Ex. XVII, 8 sq. ceciderunt Iudaei ab alienigenis, ut illos commemoraret, dum oppugnantur, quia propter peccata sua traduntur in mortem. dixit in praecordiis Moysi spiritus: Fac figuram crucis, quia si non crediderint in illum, in perpetuo oppugnabuntur. et iterum: „Ascendit Moyses in aggerem et stans manus extendebat, et vincebant Iudaei. deinde cum deposuerat, vincebat Amalech“. hoc ad quid? ut scirent, quia non possunt liberari, nisi in cruce Christi speraverint. et iterum dicit in alio propheta: „Expandi manus Ies. LXV, 2. meas tota die ad populum inpersuadibilem et contradicentem viae iustae.“ iterum Moyses facit figuram Iesu, quia oportebat illum pati, et quia ipse vivificabit, quem illi putaverunt perdidisse. cadente enim populo Iudaeorum, quia iusserat dominus, ut morsu colubrae morerentur — quia praeteritio Evae per colubram fuerat Num. XXI, 6 sq. —, voluit illos corripere, et ideo sic morti tradere, quia mandata eius praeterierunt. ad summam et ipse Moyses, qui praeceperat dicens: „Non erit vobis neque conflatile neque sculptile,“ ipse Deut. XXVII 15. fecit serpentem aereum, ut figuram Iesu ostenderet, et posuit

XI. 1. vivet in perpetuum (*ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα*) edd., vivit imperpetuum C. — 4. deum (*τὸν Ἰησοῦν*, fort. Iesum) C Hg[2]., Gh., dominum edd. priores. — perpetuum C et edd. plerique, perpetuum. id dicit: quicumque eos audierit vocantes et crediderit vivet in perpetuum (cf. Gr.) Ox.

XII. 9. in Moyse (*ἐν τῷ Μωϋσῇ*) C (corr.) et edd. plerique, etiam Gh., in Moysen C (prius) Hg[2]. — 10. illos C et edd., illis coni. Voss. — 11. traduntur (*παρεδόθησαν*) Cot., Hg., Gh., al., trahuntur C. Voss. al. — 13. 14. et Ascendit C Gh., Adscendit edd. priores. — 15. Amalech C Gh., Amalec edd. priores. — 18. inpersuadibilem C Gh., impersuadibilem Hg[2]., impersuasibilem edd. priores. — 19. iterum (*πάλιν*) emend. Ox., Hg[2]., item C et edd. ceteri. — 20. vivificabit (*ζωποιήσει*) emend. Cot., Hg[2]., Gh., al., vivificavit C et edd. priores. — perdidisse (*ἀπολωλεκέναι*) C et edd., periisse coni. Cot. — 23. quia (*ὅτι*) coni. Cot., qui C et edd. — 24. Ad summam et (*πέρας γέ τοι*) emend. Hg[2]., ad summam ut C et edd. priores, ad summam Gh. („illud *ut* inde, ni fallor, ortum est, quod librarius pro *summam* male *summaut* legerit“). — 25. dicens C Hg[2]., Gh., dicit edd. priores.

in cruce et per praecones convocavit populum. et cum venissent, rogabant Moysen, ut pro sanitate eorum dominum rogaret. tunc Num. XXII, 8 sq. dixit illis Moyses: „Cum aliquis ex vobis morsus fuerit, veniat ad colubram et speret, quoniam, cum sit ipsa mortua, potest alios sanare, et sine mora curabitur.“ et ita faciebant. quid dicit iterum Moyses Ause filio Nave? ut ostenderet Iesum esse filium dei, audiente populo, quia omnia pater ostendit de filio suo, clamavit Ex. XVII, 14. Moyses filium Nave et inposuit illi nomen Iesus et dixit: „Accipe librum in manu tua et scribe quae dicit dominus, quia amputabit a radicibus omnem domum Amalech filius dei Iesus in novissimis diebus.“ ecce iterum Iesus, non filius Nave, sed filius dei in carne Ps. CIX, 1. apparuit. iterum dicit David: „Dixit dominus domino meo: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.“ Ies. XLV, 1. et iterum dicit Esaias: „Sic dicit dominus Christo meo domino, cuius tenui dexteram: exaudient illum gentes, et virtutem regum conrumpam.“ videte, quomodo illum prophetae dominum, non tantum filium dicunt.

XIII. Quaeramus igitur, si hic populus hereditatem capit, et testamentum in illis est aut in nobis. de hoc audite. sic scriptum Gen. XXV, 21 sq. est: „Rogabat Isaac pro Rebecca uxore sua, quia sterilis erat. et Rebecca quaerebat a domino, quid portaret. et dixit illi dominus: Duae nationes in utero tuo sunt, et duo populi ex utero tuo nascentur, et maior serviet minori.“ intellegite, qui sit Isaac, et quae Rebecca, et qui populus minor aut maior. iterum dixit Iacob Gen. XLVIII, 11. 9. Ioseph filio suo: „Ecce dominus non fraudavit me ex genere tuo. perduc ad me filios tuos, ut benedicam illos.“ et adduxit Manassem et Efrem. volens autem Manassem benedici, quia maior erat,

XII. 1. in cruce (ἐνδόξως) C et edd. plerique, inlustre Hg[1·2]. — 2. tunc C Hg[2]., Gh., et tunc edd. priores. — 4. alios C Hg[1]., Gh., alias edd. priores. — 7. de (περὶ) add. Hg[2]., Gh., om. C et edd. priores. — 8. inposuit C Gh., imposuit edd. priores. — dicit per errorem Hg[2]. — 9. amputabit (ἐκκόψει) emend. Cot., Hg., Gh., al., amputavit C Voss. al. — 10. Amalech C Gh., Amalec edd. priores. — 12. apparuit C et edd. plerique, apparuit: [quoniam ergo] dicturi erant Christum esse filium Davidis; reformidans et intelligens errorem sceleratorum (cf. Gr.) Ox. — meo C Hg[2]., Gh., meo, meo edd. priores. — 16. conrumpam C Gh., corrumpam edd. priores.

XIII. 19. sic C et edd. plerique, sic: quid Ox. — 20. sterilis edd,, sterelis C. — 23. qui C Hg[2]., Gh., quis edd. priores. — 24. qui C et edd., quis coni. Voss. — dixit C et edd. plerique, dicit per errorem Hg[1]. — 25. Ioseph edd., iosep C. — 26. ut (ἵνα) emend. Hg[2]., Gh., et C et priores edd. — 26. 27. Manassem (bis) C Hg[2]., Gh., Manassen edd. priores. — 27. efrem C Gh., Ephraim edd. priores.

statuit illum ad dexteram patris sui. vidit autem Iacob in spiritu figuram populi, qui postea futurus erat, et convertit manus suas et transtulit dexteram supra caput Efrem minoris et benedixit illum et dixit Ioseph patri suo: „Transfer manum tuam dextram supra caput Manasse, quia primitivus filius meus est.“ et dixit Iacob: „Scio, fili, scio, sed maior serviet minori. sed et hic benedicetur.“ videte, quem voluerit esse primum, testamento heredem. si ergo et per Abraham commeroratus est, habemus consummationem scientiae nostrae. quid ergo dicit Abraham, cum solus credidisset et positus esset in iustitia? „Ecce posui te, Abraham, Gen. XV, 6. XVII, 5. patrem nationum, quae credunt domino non circumcisae.“ Rom. IV, 11 sq.

XIV. Sed testamentum, quod iuravit parentibus ut daret populo, an dederit, quaeramus. dedit. sed non fuerunt digni accipere propter peccata sua. dicit enim propheta: „Et erat Ex. XXIV, 18. Moyses ieiunans in monte Sina, ut acciperet testamentum a domino, quadraginta diebus et quadraginta noctibus.“ „Et accepit a deo Ex. XXXI, 18. tabulas scriptas manu dei.“ et ut accepit deferebat ad populum, ut illis daret. et dixit dominus: „Moyses, Moyses, descende celerius, Ex. XXXII, 7 sq. quia populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti, praeteriit legem.“ et intellexit Moyses, quia fecerunt sibi iterum conflatile, et proiecit de manibus tabulas, et confractae sunt. Moyses accepit, sed illi non fuerunt digni. quomodo acceperimus nos, discite. ille, cui nos in hereditatem, propter nos omnia sustinens apparuit, ut illi consummati sint in peccatis, et nos per illum hereditatem testamenti domini nostri Iesu accipiamus, qui in hoc paratus est, ut adventu ipsius praecordia nostra, quae iam absumpta erant a morte et tradita iniquitati, liberaret a tenebris et testaretur in nobis testamentum sermonum suorum. scriptum est enim, quomodo

XIII. 1. sui C Hg^{2}., Gh., sui Iacob (cf. Gr.) edd. priores. — 3. supra C Hg^{1}., Gh., super edd. priores. — Efrem C Gh., Ephraim edd. priores. — 4. dextram C Gh., dexteram edd. priores. — 5. Manasse Hg^{3}., Gh., manassem C, Manassae edd. priores. — 7. testamento C Hg^{2}., Gh., testamenti edd. priores. — 8. si (εἰ) emend. Cot., Hg^{2}., Gh., al., sic C et edd. ceteri. — commemoratus C et plerique edd., commemoratum coni. Voss., Ox. — 11. circumcisae edd., circumcisi C.

XIV. 21. accepit C (corr.) et edd., accipit C (prius). — 22. ille (αὐτὸς δὲ) emend. Hg^{2}., Gh., illi C, om. edd. priores. — 25. Iesu C Hg^{2}., Gh., Iesu Christi edd. priores. — 26. adventu emend. Cot., Hg., Gh., al., adventū C, adventum edd. plerique. — absumpta C Voss., Gh., al., absumta ed. plerique. — 28. sermonum suorum (λόγων pro λόγῳ)

illi pater mandaverit, ut nos liberaret a tenebris et pararet sibi
Ies.XLII,6.7. populum sanctum. dicit ergo propheta sic: „Ego dominus deus tuus vocavi te in aequitatem, tenebo manum tuam et fortem te faciam. dedi te in testamentum gentis et in lumen nationum, ut aperias oculos caecorum et educas de vinculis alligatos.“ scitote ergo, unde liberati sumus. et iterum propheta dicit: „Posui te in lucem nationum, ut sit sanitas tua usque in novissimum terrae, sicut dicit dominus qui te liberavit deus.“ iterum propheta dicit:
Ies.LXI,1sq. „Spiritus domini super me, propter quod unxit me bene nuntiare humilibus, misit me curare contribulatos corde, praedicare captivis remissionem et caecis visum, vocare annum domini acceptabilem.“

Ex.XX,8sq. XV. Adhuc et de sabbato scriptum est in decem verbis, qui-
Deut.V,12sq. bus locutus est in monte Sina ad Moysen: „Sanctificate sabbatum domini manibus mundis et puro corde.“ et alibi dicit: „Si custodierint filii mei sabbatum, tunc faciam misericordiam in illis.“
Gen. II, 2. sabbatum dicit initio constitutionis: „Et fecit deus die sexto opera sua et consummavit in die septimo et requievit in illo die.“ adtendite, filii, quid dicit: „Consummavit in sex dies.“ hoc dicit, quia consummabit deus omnia in sex milia annorum. dies enim apud
Ps. LXXXIX, 4. illum mille anni sunt. ipse mihi testis est dicens: „Ecce hodiernus dies erit tamquam mille anni.“ unde scire debetis, quia in sex milia annorum consummabuntur omnia. et quod dicit: „Requievit deus die septima,“ hoc est: cum venerit filius illius et amputabit tempus iniquitatis et iudicabit impios et mutabit solem et lunam et stellas, tunc bene requiescet in die septima. ad summa hoc dicit: „Sanctificabis illum diem manibus mundis et corde puro.“ quem ergo diem sanctificavit deus, quis potest

coni. Cot., servorum suorum C et edd.
XIV. 1. nos liberaret C Hg[2]., Gh., liberaret nos edd. priores. — 3. aequitatem Hg[2]., Gh., equitatem C, aequitate edd. priores. — 4. in testamentum gentis (*εἰς διαθήκην γένους*) emend. Hg[2]., in testimonium gentibus C et plerique edd. (gentis iam Cot. coniecit). — 7. sit sanitas tua (*εἶναί σε εἰς σωτηρίαν*) emend. Hg[2]., sit sanctitas tua C et edd. plerique, sis sanitas tu coni. Cot. ut sit salus tua Ox. — 10. humilibus (*πτωχοῖς*) coni. Cot., ed. Hg[2]., Gh., hominibus C et edd. plerique. — 11. vocare C Hg[2]., Gh., et vocare edd. priores.

XV. 16. initio (*ἐν ἀρχῇ*) coni. Voss., Cot., Hg[1]., al., initium C et ceteri edd. — die sexto (*ἐν ἓξ ἡμέραις*) C et edd. plerique, diebus sex Ox., dies sex Gh. (cf. l. 18. 19.), fort. recte. — 19. consummabit emend. Voss., Cot., Hg., Gh., al., consummavit C. — milia C Gh., millia edd. priores. — enim (*γὰρ*) C Voss., Cot., Gh., autem edd. nonnulli. — 21. milia C Gh., millia edd. priores. — 22. quod C Gh., quid edd. priores. — 25. et lunam C Hg[2]., Gh., lunam edd. priores. — 26. summa C Hg[2]., Gh., summam edd. priores.

sanctificare modo, nisi qui sit mundus corde? in omnibus nos erravimus. vide ergo, quia refrigerans sanctificabit illum, et nos tunc poterimus sanctificare, ipsi sanctificati primum. ad summa dicit illis: „Dies sollennes vestros et sabbata non sustineo.“ videte Ies. I, 13. , quomodo dicit, non haec sabbata sibi nunc accepta, sed quae fecit. et in die, quo consummavit omnia, initium octavi diei faciet, qui est alterius saeculi initium. propter quod agimus diem octavum in laelationem, in quem et Iesus resurrexit a mortuis et apparuit et ascendit in caelos.

XVI. Adhuc et de templo dicemus, quomodo errantes in aedem .spem habuerunt tamquam in dominum, qui illos fecit, quasi sit domus dei. aut forsitan tamquam ethnici consecraverunt illum in templo. sed quomodo dicat dominus, discite, vacuum faciens templum: „Quis mensus est caelum palma, aut quis totam Ies. XL, 12. terram pugno adprehendit?“ „nonne mihi, dicit dominus, caelum Ies. LXVI, 1. thronus est, terra autem scabellnm pedum meorum est? qualem domum mihi aedificabitis, aut quis locus erit requietionis meae?“ unde cognoscitis, quia vana est spes illorum. et iterum: „Qui Ies. XLIX, 17. deposuerunt templum hoc, ipsi illud et aedificabunt.“ et fiet. dum enim belligerarent, depositum est ab inimicis. nunc et ipsi inimicorum ministri ab initio aedificant illud. iterum sicut incipiebat civitas et populus totus Iudaeorum tradi, propalavit. dicit enim scriptura: „In novissimis diebus tradet dominus oves pascui Enoch. LXXXIX, 56. 66. 67. et cubile et turrem eorum in exterminium.“ et factum est secun-

XV. 1. mundus C Hg[2]., Gh., mundo edd. priores. — nos emend. Voss., Cot., Hg., Gh., al., non C. — 2. vide (ἴδε) emend. Cot., Hg[2]., Gh., al., videns C, vides Voss. — quia (ὅτι) C Cot., Hg[2]., Gh., qui edd. ceteri. — santificabit emend. Cot., Hg[2]., Gh., sanctificavit C et edd. plerique. — 3. summa C Voss. (text.) Cot., Hg[2]., Gh., summam Voss. (marg.) Hg[1]. — 4. sollennes C Hg[2]., Gh., solennes edd. priores. — 5. nunc (νῦν) emend. Hg[1 2]., Gh. non C et edd., delendum censuerunt Voss., Ox., Cot., al. — 6. quo C Hg[2]., Gh., coni. Cot., suo edd. priores. — 6. 7. octavi diei faciet (ἡμέρας ὀγδόης ποιήσω) emend. Hg[2]., Gh., octava diei facta C et edd. nonnulli, octavae diei facta coni. Voss., octavae diei facturus Ox., octava die facta Hg[1]. al. — 8. laetationem (εὐφροσύνην) Cot. (marg.) Hg[2]., Gh., legationem C et edd. priores, laetificationem Ox., delectationem Hg[1]. — quem C Hg[2]., Gh., al., quo coni. Voss. Cot., Hg[1]. — 9. caelos C Gh., coelos edd. priores.

XVI. 12. domus dei (οἶκον θεοῦ) Voss., Cot., Hg[1.2]., al., dn̄s (dominus) deo C, domus deo Gh. — aut forsitan (σχεδὸν γὰρ) C Cot. (marg.) Hg[2]., Gh., om. edd. priores. — ethnici consecraverunt (τὰ ἔθνη ἀφιέρωσαν) emend. Cot. (marg.) Hg[2]., Gh., ethinc conservaverunt C, ethnici conservaverunt edd. priores. — 15. adprehendit C Gh., apprehendit edd. priores, om. Gr. — caelum C Gh., coelum edd. priores. — 18. Qui C et edd. plerique, Ecce qui Ox. — 19. fiet (γίνεται G) C et edd. plerique, fit Cot. (marg.) Hg[1 2]. — 20. 21. nunc et ipsi — illud C Cot. (in marg.) Hg[2]., Gh., om. Voss., Hg[1]., al. — 23. pascui C Hg[2]., Gh., pascuae edd. priores.

dum quae dominus locutus est. quaeramus ergo, si est templum
Dan. IX, 24 sq. dei. est, ubi ipse dicit facere et consummare. scriptum est: „Et erit septimo die consummato, aedificabitur templum deo praeclare in nomine domini.“ invenio, quia est templum. quomodo ergo aedificabitur in nomine domini? discite. antequam crederemus deo, erat habitatio nostra corrupta et infirma, sicut templum, quod per manus aedificatur, quia pleni eramus adolationibus idolorum, et erat domus daemoniorum, propter quod faceremus quae deo essent contraria. aedificabitur autem in nomine domini praeclare templum deo. adtendite et quomodo, discite, ut accipiatis remissionem peccatorum. cum crediderimus in nomine domini, nos sumus iam tales, quales ab initio creati. propter quod in nobis vere deus inhabitat. quomodo? sermo fidei illius, vocatio promissionis illus, sapientia aequitatis, praecepta testamenti illius, in nobis prophètans ipse et in nobis habitans. quia cum sub servitute mortis eramus, aperiens ostium templi nostri, quod est os sapientiae, fecit de nobis domum incorruptam. qui enim concupiscit liberari videt non in hominem, sed in eum qui habitat in illo, miratus, quod nunquam tales sermones audierit eum dicentem neque ipse concupierit audire. hic est spiritaliter aedificatus

XVII. Quantum fuerit in simplicitate demonstrandi vobis non intermisi quicquam. si enim de instantibus ac futuris scribam vobis, non intellegetis, quoniam in parabolis posita sunt multa. haec autem sic sunt. habes interim de maiestate Christi, quomodo omnia in illum et per illum facta sunt, cui sit honor, virtus, gloria nunc et in saecula saeculorum.

Explicit epistola Barnabae.

XVI. 2. dei (*ϑεοῦ*) emend. Hg²., deo C et ceteri edd. — 3. deo (*ϑεοῦ*) C et edd., fort. l. dei. — 4. est templum C Hg²., Gh., templum est edd. priores. — 6. infirma corr. ex: infirmis C. — 7. adolationibus idolorum (*εἰδωλαλατρείας*) C, adorationibus idolorum edd. — 12. nos emend. Ox., Gh., non C et edd. — 13. vocati C. — 14. sapientia C (manu sec.) et edd., sapientiae C (prius). — testamenti (*διαϑήκης* pro *διδαχῆς*) edd., testa C. — 15. quia C et edd. plerique, qui emend. Cot., Gh. — 18. videt (*βλέπει*) emend. Cot. Hg¹ ². al., vivit C, vidit emend. Ox. Gh. — 18. 19. in eum qui habitat in illo (*εἰς τὸν ἐν αὐτῷ κατοικοῦντα καὶ λαλοῦντα ἐν αὐτῷ*) emend. Hg¹., in eo qui habitat in illo C et edd. plerique, in illum, qui in eo habitat, in illo Ox. — 19. miratus (*ἐκπλησσόμενος*) Cot. al., miratur C et plerique edd.

XVII. 21. vobis (*ὑμῖν*) C Hg²., Gh., nobis edd. plerique. — 22. quicquam C Voss., Hg²., Gh., quidquam edd. plerique. — 23. intellegetis emend. Hg²., Gh., intellegitis C, intelligetis edd. plerique. — quoniam C, coni. Cler., ed. Hg²., Gh., quomodo edd. priores. — 27. expl. ep. barn. incipit epistola Iacobi. feliciter ∴ C.

ADNOTATIONES

ad Barnabae epistulam.

I. p. 3, 2. *υἱοὶ καὶ θυγατέρες*, non dei (Volkm. Harnack.), sed ipsius auctoris filii et filiae spirituales, ut in Duabus viis p. 95, 4. 5, cf. Dress. et Muell. ad h. l. (1. Cor. IV, 15. 17. Gal. IV, 19. Philem. 10). non obstat Barn. c. 1 p. 5, 7. c. 4, p. 8, 7. nam Barnabas qui dicitur dignitatem suam etiam seposuit et lectores fratres appellavit c. 2 p. 7, 1. c. 3 p. 8, 4. c. 5 p. 14, 22. c. 6 p. 15, 12. idem lectores appellavit *τέκνα* c. 15 p. 38, 11. 23, *τέκνα ἀγάπης* c. 9 p. 4, *τέκνα εὐφροσύνης* c. 7 p. 17, 15, *ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης* c. 21 p. 50, 6.

p. 3, 4. 5. *τῶν τοῦ θεοῦ δικαιωμάτων εἰς ὑμᾶς*. „Vox *δικαίωμα* saepius (cf. 2 p. 5, 11. c. 4 p. 10. 14. c. 10 p. 24, 8. 28, 3. c. 16 p. 41, 10 c. 21 p. 49 1, 12.) in epist. invenitur, ubique significationem habens ‚statutum [decretum] rectum, quod spectat salutem hominum‘ חֹק, מִשְׁפָּט, cf. Luc. I, 6. Rom. I, 32. V, 16. Apoc. XV, 4. XIX, 8. 1 Clem. ad Corinth. 2 p. 7, 2. 3: *τὰ προστάγματα καὶ τὰ δικαιώματα*). nusquam vertere licet ‚recte factum, rectitudo‘, erratque Muellerus bonos lectorum mores auctorem hic respicere opinans“. Harnack.

p. 3, 5. *ὑπέρ τι*, „supra aliquid, sive plus quam de aliqua re.“ Volkm. — ibid. *καὶ καθ᾽ ὑπεροχήν*, cf. Clem. Rom. epi. I, 57 p. 62, 17. —

p. 3, 6. *πνεύμασιν*. „spiritibus lectorum, non donis S. S., cf. c. 1. p. 4, 4.“ Harn.

p. 3, 6. *ἔμφυτον*. cf. c. 9 p. 24, 1: *οἶδεν ὁ τὴν ἔμφυτον δωρεὰν τῆς διδαχῆς αὐτοῦ θέμενος ἐν ἡμῖν*. Iac. I. 21 *τὸν ἔμφυτον λόγον* et quae disserui (Zeitschr. f. w. Th. 1873. I. p. 11). „Vox *ἔμφυτος* verti potest ‚naturalis‘ (cf. Euseb. HE X, 8, 8. de martyr. Palaest. 4, 1) aut ‚insitus‘, quae notio procul dubio hic acceptanda est (cf. Ignat. ad Eph. 1. *ἀποδεξάμενος — τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα, ὃ κέκτησθε φύσει δικαίᾳ*).“ Harn. illa notio probatur Clem. Hom. III, 12 p. 39, 18: *τῇ ὄντως ἐνφύτῳ προγνώσει* (veri prophetae) p. 39, 25. 26: *προφήτης ὢν ἐνφύτῳ καὶ ἀενάῳ πνεύματι πάντα πάντοτε ἠπίστατο*. XVII, 17 p. 167, 7 *τῷ γὰρ εὐσεβεῖ ἐμφύτῳ καὶ καθαρῷ ἀναβλύζει τῷ νῷ τὸ ἀληθές*. Iustin. Apol. II, 13 p. 51: *διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς*. ceterum cf. etiam Mueller.

p. 3, 6. *δωρεᾶς πνευματικῆς*. „Genet. pro appos.“ Harn.

p. 3, 9. *ἐξέπληξεν*. Cf. c. 16 p. 4, 4. [*ἐκπλησσόμενος*] i. e. gaudio commovit.“ Harn.

p. 3, 10. *ἐπιπόθητος*. A. Harnack contulit Phil. IV, 1. 1 Clem. c. 65 p. 68, 4.

p. 3, 12. *ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης*. Volkm. contulit c. 5 p. 11, 21.

p. 3, 12. *καὶ πάντως*. et omnino, et omni ratione.

p. 4, 1 *κἀγὼ*. Volkmar nimium contendit: „sicut alii doctores, qui vos co-

gnoverunt et de vobis scripserunt, ut Paulus ad Rom I, 8 sq.," quasi haec epistula Christianis Romanis inscripta esset. sufficit: sicut alii. Mueller: „Eure Liebe hat auch die meinige mir abgenöthigt," quamvis improbante Harn.

p. 4, 1. ὑπὲρ τὴν ψυχήν μου. cf. c. 4 p. 8, 13 c. 19 p. 45, 1.

p. 4, 2. 3. ὅτι μεγάλη πίστις καὶ ἀγάπη ἐγκατοικεῖ ἐν ὑμῖν ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αὐτοῦ. Paulum 1 Cor. XIII, 13 secutus Barnabas fidei et caritati addidit spem christianam, quae est spes vitae divinae.

p. 4, 3. 4. ὅτι ἐὰν μελήσῃ μοι — ὅτι ἔσται. eadem fere epanalepsis Eph. II, 11. 12: διὸ μνημονεύετε, ὅτι ποτὲ ὑμεῖς τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ — ὅτι ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ κτλ.

p. 4, 6. ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν τελείαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν. cf. c. 2 p. 1, 36 γνῶσις. c. 5 p. 11, 21 ὁδοῦ δικαιοσύνης γνῶσιν c. 6 p. 15, 8 τί λέγει ἡ γνῶσις; spiritualis S. S. sensus cognitio, quae parabolas domini (c. 6, p. 15, 14) interpretatur; c. 9 p. 23, 8. 9 τίς οὖν ἡ δοθεῖσα αὐτῷ (Abrahamo) γνῶσις; spiritualis numeri CCCXVIII scientia. c. 10 p. 27, 5. 6 λαμβάνει δὲ τῶν αὐτῶν τριῶν δογμάτων γνῶσιν Δαυίδ. c. 13 p. 36: τὸ τέλειον τῆς γνώσεως ἡμῶν, qua cognoscimus christianum dei populum heredem esse. c. 18 p. 42, 12. ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν, quae est rectae vitae ratio. c. 19 p. 43, 6. 7 ἔστιν οὖν ἡ δοθεῖσα ἡμῖν γνῶσις τοῦ περιπατεῖν ἐν αὐτῇ (via lucis) τοιαύτη. c. 21 p. 49, 12 γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ. cf. quae hac de re disserui in libro meo: Die apostol. Väter p. 41 sq.

p. 4. 6, 7. τρία οὖν δόγματά ἐστι. iam Abraham τριῶν γραμμάτων (TIH) δόγματα accepit (c. 9 p. 23, 6. 7). etiam Moses in praeceptis de cibis τρία ἔλαβεν ἐν τῇ συνειδήσει δόγματα (c. 10 p. 24, 6) vel τρία δόγματα in spiritu pronuntiavit (c. 10 p. 27, 3. 4), quorum cognitionem etiam David ostendit (ib. p. 27, 5. 6). δόγματα vero reconditas veritates significare demonstravi (apost. VV. p. 23, not. 2). nunc addo Philon. de concupisc. §. 5 (Opp. II, 353) τὰ σοφίας δόγματα καὶ θεωρήματα. de vita contempl. 8 (Opp. II, 482): αἷς δυνήσεται θεωρεῖν τὰ σοφίας δόγματα. I. G. Mueller l. l. p. 64 addidit Philon. de mundi opif. §. 2. 56. 61, ubi δόγματα idem valeant quod εἴδη vel ἰδέαι.

p. 4, 7. κυρίου ζωῆς. cf. p. 3, 9 τῆς πηγῆς (spiritus sancti) κυρίου·

p. 4, 7—p. 5, 2. ἐλπὶς ἀρχὴ καὶ τέλος πίστεως ἡμῶν· καὶ δικαιοσύνη κρίσεως ἀρχὴ καὶ τέλος· ἀγάπη εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως ἔργων, δικαιοσύνης μαρτυρία. Barnabas iam ipse τρία δόγματα pronuntiavit: 1. ,spes fidei christianae initium et finis.' iam legimus, fidem et caritatem lectoribus inhabitare ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αὐτοῦ (p. 4, 2). c. 4 p. 9, 2. 3 legimus: testamentum Iesu consignatum esse in cordibus nostris ἐν ἐλπίδι τῆς πίστεως αὐτοῦ. c. 6. p. 14, 6. 7 εἶτα τί λέγει· ,Καὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.' ἐπὶ λίθον οὖν ἡμῶν ἡ ἐλπίς (fides L.) c. 11 p. 30, 14. 15 τὴν ἐλπίδα εἰς τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ πνεύματι ἔχοντες. c. 16 p. 40, 5. 6 ματαία ἡ ἐλπὶς αὐτῶν. 2. ,iustitia iudicii initium et finis.' iam legimus p. 3, 12 ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης. c. 4 p. 10, 15 — 11, 2 ὁ κύριος ἀπροσωπολήπτως κρινεῖ τὸν κόσμον. ἕκαστος, καθὼς ἐποίησε, κομιεῖται. ἐὰν ᾖ ἀγαθός, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ προηγήσεται αὐτοῦ. c. 5 p. 11, 21 ὁδοῦ δικαιοσύνης γνῶσιν. Abraham fidelis ἐτέθη εἰς δικαιοσύνην (c. 13 p. 36, 2). c. 20 p. 48, 6. 7 μισθὸν δικαιοσύνης. c. 19 p. 46, 10 μνησθήσῃ ἡμέραν κρίσεως ἡμέρας καὶ νυκτός. c. 21 p. 49, 12 ἵνα εὑρήτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. c. 5 p. 12, 8. 9 ὅτι τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας κρινεῖ. c. 7 p. 17, 17 18 ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ — μέλλων κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς. c. 15 p. 38, 17. 18 ὅταν ἐλθὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ — κρίνῃ τοὺς ἀσεβεῖς. 3. ,amor laetitiae et exultationis operum, iustitiae testatio.' iam legimus p. 4, 1. 2 μεγάλη πίστις καὶ ἀγάπη c. 11 p. 30, 7 ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ. c. 21 p. 50, 6 ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης. c. 7 p. 17, 15 τέκνα εὐφροσύνης. c. 10 p. 28, 4. 5 ὅτι ἡ μελέτη ἐστὶν ἔργον εὐφροσύνης. c. 19 p. 43, 5. 6 ἐάν τις θέλων ὁδὸν ὁδεύειν ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον σπεύσῃ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. e contrario c. 4 p. 9, 8 τῶν ἔργων τῆς ἀνομίας. p. 10, 8 τὰ κακὰ ἔργα τῆς πονηρᾶς ὁδοῦ. Barnabas igitur hunc fere salutis ordinem statuit: spes, qua fides quodam modo continetur, iustitia, qua confidentes filii dei iudicium exspectamus, amor laetitiae et exultationis operum, quod iustitae nostrae testimonium est. iam reprobantur, qui καθ' ἑαυτοὺς ἐνδύνοντες μονάζουσιν ὡς (solitaria fide) ἤδη δεδικαιωμένοι (c. 4 p. 10, 9), ceterum cf. Ignat. ad Eph. 14: τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ ζωῆς καὶ τέλος· ἀρχὴ μὲν πίστις, τέλος δὲ ἀγάπη.

